ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟΝ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ
ΚΕΝΤΡΟΝ ΕΡΕΥΝΩΝ ΝΕΟΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΣ
ΤΟΜΕΑΣ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΣ

# COMPARATIONES PHYLOSOPHORVM ARISTOTELIS ET PLATONIS A GEORGIO TRAPEZVNTIO VIRO CLARISSIMO.

## AD LECTOREM. .E.

EN habes optime lector treis à Georgio Trapezuntio
libros olim ſcriptos, & nunc primũ Venetiis opera Au-
guſtini Clarauallis editos. Quibus ille doctiſſimus uir,
Ariſtotelis Platoniſq; Comparationē aggreſſus, Ariſto-
telē Platone longo interuallo ſuperiorem eſſe cōtēdit.
Qua in re, ſic oēm phýloſophiā, reliquaſq; omneis ar-
teis bonas admiſcet, ut digni planè ſint, qui ab omni-
bus ſtudioſiſſime legantur. Quare nō in merito fa-
ctum à Beſſarione Cardinali Niceno, uiro cum
utraq; lingua Eminētiſſ. tum uitæ ſanctita-
te Clariſſ. cognoſces, q Trapezūtio reſpō
dendū ſibi pro Platōe cēſuerit, quippe-
qui uereri poterat, ne mortaliū ani
mi, librorū huiuſcemodi lectiōe
ibuti, facile unū Ariſtotelē
amplexarētur, platonē ue
ro aut negligerēt, aut
etiā grauius & acer-
bius accuſarent.

Cautum eſt ne quis per Decennium.

BIBLIOT. BARBERINA

diſſimiſq; ratiocinationibus adeo dimicarunt, ut cui ferenda ſit paleſtræ uictoria, non facile iudicetur, & ſi Beſſarionis opinio de præferendo Platone ſuis antea lucubrationibus emiſſis, & latentibus trapeſintinis uigiliis, ex quapiam ferè (ut aiunt) hoīs contumacia, hunc uſq; in diem uerior habita ſit, Nuperrime uero quū præclaræ Georgii lucubrationes in lucem prodirent, quibus Ariſtotelem platoni præferendum eſſe contendit aduerſus Beſſarionem, quibuſq; eruditioribus ingeniis lectu gratiſſimæ. Id ſanè plurimum decere conſtitui, ut tuo protecte patrocinio ſapientia, & authoritate publice legerentur, nec mihi perſuadere potui, cui dignius, cui melius hoc excultū & exoptatum opus dedicandum foret, q̄ tibi Illuſtriſſimo, ac utriuſq; profeſſionis Duci ſapientiſſimo, qui tantā philoſophorum controuerſiam diiudicare, atq; eam è medio tollere poſſis. Ipſe es profecto. Dux illu. Mecœnas ille integerrimus uirtutum omnium protector, quem ſummo ſemper amore, ac ueneratiōe ſum proſecutus ob eximias animi tui dotes, iuſtitiam, ſapientiam, prouidentiam, religionem, liberalitatem, magnificentiam, pietatem & clementiam. Taceo præclaræ ſobolis tuæ nobilitatem, & cumulatiſſima parentum ſtemmata, quibus nulli es hac in noſtra tēpeſtate ſecundus. Quare te rogatū ſummopere uelim, ut opus hoc inclytiſſimo nomini tuo dedicatum, hylari fronte ſuſcipias, meq; omnibus in uotis tuis obſequentiſſimum, deditiſſimum habeas. Vale.

## LIBRI PRIMI CAPITVLA


Quid cauſæ ſit, quod alii uerba, non res ſequūtur, alii contra, alii ſola orationis concinnitate gaudent, alii utriſq;, & rebus, & uerbis, ac compoſitiōe ipſorum.

Quod Plato, platoniciq; omnes, uerbis, & lœnocinio compoſitionis ſolum ualuerunt, rebus penitus nudi ſunt, Ariſtoteles in utriſq; magnus, & opis diuiſio.

Quod etiam in dicendi artibus praſtantior Platone Ariſtoteles.

Quod in diſſerendi ſtudiis princeps omnium Ariſtoteles eſt, Plato rudis.

Quod ī naturalibus mirū ī modū excedit Ariſtoteles.

Quod etiam in mathematicis rudem hominem Platonem dixeris, ſi ad Ariſtotelem conferas.

Quod in methaphiſicis quoq; præſtat omnibus Ariſtoteles. Plato cōtra, lōge ab ea ſapiētia reiectus eſt.

De Iactura nonnullorum Ariſtotelis uoluminum, & q̄ tribus alphabetis, tria negotia phyſicum, methaphyſicum, morale complexus eſt.

Quod lōge Ariſtoteles in morali phyloſophia doctior eſt Platone.

Enumeratio breuis, & de docendi cōfuſione platonica.


### Secundi libri capitula hæc ſunt


Quod in hoc libro demonſtratur conuenire Ariſtotelē ueritati catholicæ Platonem minime.

Quod doctoribus eccleſiæ impium eſt non credere in

iis ſolum quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt, in cæteris nihil refert, etiam ſi contra ipſos ſentias.

Diuiſio huius libri ſecundi, & Plato uerbis unum dicit deum, cum re multos colat, Ariſtoteles, ad unum cũcta principium refert ſimpliciter primum, nec cæteris cõnumeratũ, & de officio traductoris de omnipotentia dei, de theologia Platonis, & Ariſtotelis.

Quod Ariſtoteles ſubintellexit deum unum, & trinũ eſſe, & quod creaturis impreſſa ſunt ueſtigia dei, ex quibus ſubintelliguntur, quæ credimus.

De ueſtigio unius ac trini dei corporibus impreſſo, in quantum corpora ſunt.

Quod corporibus impreſſum ueſtigium de ſummo Ariſtoteles accomodat.

Quod de deo loquens, nunc plurali, nunc ſingulari numero utitur Ariſtoteles, & quod rerum omnium perfectionem, id eſt ſinem ultimum in trinitate ponit.

Quod amore ueritatis labor hic authori ſuſceptus fuit, & de poteſtate nonnullorum uerborum.

Quid Ariſtoteles ſenſerit de productione mundi.

Quod non à natura dei, neq; ut pars à toto, ſed à uoluntate dei dependet mundus, ſecundũ Ariſtotelem.

Quo pacto à libera uoluntate dei dependere mundũ Ariſtoteles opinatur.

Quod Plato poetice, ac per figmenta de animo, & immortalitate ipſius loquitur, Ariſtoteles demonſtrat.

Ariſtotelis de animi natura, ſentẽtia latius explanatur.

Quod patiens, atq; agens principium ſimiliter eſt in animo, ſicut in corporibus.

De his, quæ Ariſtotelicam de animo conſequũtur ſententiã, & de indiuiduatione, cõpoſitioneq; intelligẽtiarũ.

De origine animi ſecundum Ariſtotelem.

De prouidentia, & fato.

Quod ſicut ſcripturæ, ſic Ariſtoteles quoq; omnia diuinitus hũa creaturis tribui cẽſet, quæ ſuſcipe poſſunt.

Quod omnis heretica peruerſitas, & græcorũ calamitas à Platonis ſcriptis orta eſt, ab Ariſtotelicis cõtra, maxime latini adiuti ſunt.

De origine lachrimarum, & utilitate ipſarum.

Quod ueriſimile ẽ Ariſtotelẽ uerã ſalutẽ, eẽ cõſecutũ.

Libri tertii, qui de uita utriuſq; ẽ. Capitula hæc ſunt.

1 Quod de laude unius, & de turpitudine alterius i hoc in aperte agitur, & quod à ſcriptis eorum, uita ſua eſt examinanda.

2 De ſceleribus Platonis ab iis, quæ ſcripta ſunt in phedro, & cupidine.

3 Quod aperte oſtẽditur, Platonis animus ex publicatione mulierum.

4 Quod uirginitas, & ieiuniũ uoluptati maxime opponũtur, & uolũtas informatos à ſe animos, aut i æternos trahit cruciatus, aut ad æterna gaudia ducit.

5 Quod Ariſtotelis uita, platonicæ penitus oppoſita eſt, ut ab utriuſq; ſcriptis colligitur.

6 De inuidia, & obtrectatiõe Platonis in quattuor uiros græciæ ſaluatores.

7 Quod ex arrogantia, & leuitate plato pluſquam hominẽ ſe eſſe prædicat.

8 De Alexandro magno, & quod ipſum, & Ariſtotelem

deus miſit, ut ꝑ eos ad ſcripturas, hoīes p̄parare diuinas, & cur græci excellentiſſimi, uel uitio, uel uirtute oīum gētiū ſunt, & de duobus uiris, q̄ modo fulgēt.

9 Quod plato legibus ſuis, ſic adoleſcentes ad modeſtiam exercet, ut ad luxuriam uerſutus impellat,

10 Quod plato perpetua legibus ſuis fore ciuitates ſomniauit, & publice, & priuatim inſtituit.

12 Quod diuinitus illud platoni dictū eſt, optimā rēpu. non eſſe ſimplicē, quodq; id ſolis uenetis contigit.

13 Quæ de anima in decimo de legibus ſcribit plato.

14 Quod plato uiris agendi, mulieribus præter naturam, patiendi uim infert.

15 Quod platōis ſcripta, p̄cepta, īſtituta, græciā p̄diderit.

16 Quod niſi prouideatur, ſimiliter ruent occidentalia.

17 Quod non Ariſtoteli, ſed epicuro, & Machumeto, conuenit plato.

18 De Machumeto, & q̄ longe platone aſtutior.

19 Excurſio in deſidiam chriſtianorum.

20 De gemiſto, & q̄ niſi obſtes, initia prima, magnæ plerumq; calamitates inſequuntur, quæ res ipſius Machumeti patet exemplo.

21 Omnium hominum, qui grati eſſe uolunt, in laudes Ariſtotelis conuocatio, & grata meritorum Ariſtotelis authoris confeſſio.

# COMPARATIO PLATONIS ET ARISTOTELIS A GEORGIO TRAPEZVNTIO EDITA.

*Quid cauſæ ſit, q̄ alii uerba, non res ſequuntur, Alii contra, Alii ſola orationis congruitate gaudent, alii utriſque, & rebus & uerbis, ac compoſitione ipſorum.*

AEPE AC multum ipſe mecum ſoleo admirari, quid ſit, quare in dicendo, ſciendoq;, ac omnino in omni genere uel artiū uel doctrinarū, quæ libero dignæ homine ſunt, tā uehementer omnes penè errare uideantur, ut alii, nulla ui rerū ducti, ſed ſolo uerborum lænocinio deliniti ea præferant, amplectantur, laudent, in quibus nihil magni cōtinetur, ea floccipendant atque ſpernant, in quibus & rerum altiſſimarum ſplendor præfulgēs, & ordo doctrinæ mirabilis, & uerborum non inanis crepitus, ſed accommodata rebus, elegantia, & trita conſuetudo conſpicitur. Alii orationis compoſitione ſola commoti, maiora negligant, atque contemnant. Alii contra, res ipſas, adeo ſe quiſe prædicent, ut nullam de uerbis curam, habere uideantur. Alii rebus maxime ſtudeant, & uerba non omnino contemnant, nec compoſitionem ipſorum penitus

aſpernentur. Vſus ne quidē a tenera protinus ætate cōfirmatus facit, ne quis aliud ꝓbare poſſit, q̄ꝫ in quo ipſe plurimū uerſatus eſt? in quo q;, aut præſtare ſe cæteris, aut non longe a ſummis abeſſe, arbitratur? An, ut forte accidit, quilibet quod primum inconſiderate, atque temerarie laudauit, id primum ne inconſtantior leuiorq; uideatur, tuetur, atque defendit? Deinde animo quoque nimium per contentionem affecto, uitam prodere mauult q̄ꝫ male ſenſa cōmutare. An opinione illorum, quod magni exiſtimant, non aliqua ratione homines occupati, atque quaſi in profundū detruſi nequeūt emergere inde, atque reſpirare? Sunt hæc quidem aliquid. Nec enim facile negauerim & conſuetudinē ab ineunte cōfirmatā ætate, multū in his rebus poſſe, & contētionem animorum ſemel ſuſceptam, ſumma plerunque, incendia inflammare ſolitam eſſe, & occupatos animos (etiam ſi aperte falſa ſint) quibus detinentur. rariſſime tamen, a tenebris falſi, ad ueritatis lucem reduci ſolere. Nam ut in aſperis, infecundis, peſtiferiſq; locis nati, educatiq;, nolunt cœlū illud relinquere, quod primum in lucem editi hauſerunt, regioneſq; ſuas ſinguli, quamuis marceſſente propter aeris intemperiem corpore, cæteris attamen omnibus anteponunt. Sic opiniōes, quas teneris homines animis inbiberunt, etiam ſi animorum lux extinguatur, fortunæ ruant, ſaluſq; ipſa ſummo in periculo uerſetur, non patiantur tamē præoccupatione atque conſuetudine firmatas reſpuere, ſed quaſi ueras amplectuntur, ac omni cura, ſtudio, uigiliiſq; ipſas ꝓpugnāt, mortemq; pro eis depetiſci nequaquam recuſare uidentur. Has flammas, tabeſq; ingeniorum maxime auget contentio, cuius fons atque origo & fomes perpetuus arrogātia eſt. Hæc certe facit, ne aures ueritati præbere uelint, ne quæ contra dicuntur ſentire uideantur, ſed quaſi aſpides auditum animi, ac omnē intelligendi meliora uim obſtruant, ne deniq; ueritatis authores, inuentoreſq;, quos amare, atque admirari deberent, in hominum numero habeāt, ſed quaſi crudeles belluas, quaſi turpē pernitiem, quaſi peſtem cuncta proſternentem, oderint, atque fugiant. Declarant hæc hebrei, qui prædictum a lege, prophetiſq; ſaluatoris, aduentum, non ut iam factum uenerantur, ſed ut infectum, cum ſummo errabundi dedecore atq; incommodo, expectant. Declarant græci, qui poſteaq̄ꝫ minima, uel potius nulla de cauſa, eccleſiā denegarūt catholicam, quæ una, nō aliter q̄ꝫ exercitus. Imperatore, uno ſummo Pontifice dici poteſt, per quadrigētos annos, Imperii, quod maximum poſſidebant, continua imminutione, admoniti, bellorum ſtrepitu & offenſione uexati, ſummis incommodis affecti, Ac penē a ſumma potentia dominandi, a maxima rerum copia, ab exquiſita doctrina & ſcientia diuinarum, humanarumq; rerum, quibus omnibus ipſi orbem terrarum illuſtrarunt, ad ignorantiam, paupertatem, dedecuſq; ſeruitutis ſpurciſſimum deiecti, & quaſi ſenſu carentes, noluerūt auertere, donec a Turcorum potentia, quæ in pernitiem ipſorum ſuſcitata re ipſa uidetur, ad nihilum redacti fuerunt. Declarant omnes, aut philoſophiæ ſectæ, aut hæreticorum in eccleſiam impetus, non an

taq̃; cũ authoribus & fautoribus ſuis extincti. Decla-
rãt deniq; machometanæ ĩpietatis ſtolidi ſectatores,
apud quos uel lege ſancitũ eſt, ne quis audeat de opinio
ne, uel lege illius ſcæleſti, diſputare. Sed ad hæc oĩa, me
moria illud repetendũ arbitror, quod Heſiodo dictum
Ariſtoteles reddit. Treis hominum, ex igenii uiribus,
inueniendiq; diuerſa facultate natura inſita, quaſi or-
dines conſtitui, quorum primus eorũ eſt, qui multa, præ
claraq;, mentis ſinceritate atq; præſtãtia pariunt, & ad
uſum cõmunem, afferunt. Horum contra, ſemper pau-
citas fuit, ut uix ſinguli ætatibus ſingulis reperti ſint.
Alter eorum, qui quanquam a ſeipſis nihil magni, a ſen
ſibus hominum paulo remotum, excogitare poſſunt, ci
to tamen inuenta ab aliis, dictaq; capiunt, & uident,
quæ probanda ſunt. In tertio illos collocat ordine, qui
hebetes, tardi, uæcordeſq; adeo comperiuntur, ut nec ip
ſi per ſe quicquam altius recte inuenire, commode ex-
plicare, conſequenter dicere, queant, nec quæ cæteri edi
derunt percipiant. Huius ſtatus naturæq;, illi maxime
ſunt, qui nihil apte, nihil conſequenter dicunt aut ſcri
bunt, ſed uel ſeipſos parum intelligentes pugnantia ſæ
pe, non modo promunt, uerum etiam memoriæ prodere
audent, quos q admirantur tardioris, obtuſioris, & ut
expreſſius dicã, nõ humani ſed feralis igenii exiſtimã
di ſunt, Eſt certe quoddam hominum genus, quod ne
ſingulorum quidem uerborũ uim, acute, integreq; per
cipiendũ erigitur, ſed mole corporis ac intemperie ip-
ſius obfuſcatum, atq; in naturã ſenſus depreſſum, a bru
tis informam humanã traductum, eſſe uidetur. Quod

dam, quo qui plurimum pollent, ſingula quidem uerba
cito facileq; percipiunt & memoriter proferunt, Sed
nec antecedentia conſequentibus, cõnectere poſſunt, nec
progreſſus rerum proſpiciunt, ut quid, a quoq; ſequa-
tur, quidq; efficiatur, penitus illos fugiat. Eſt denique
quoddam tertium eorum ſcilicet hominum, qui & ſin-
gulas integre intelligunt dictiones, & componentes
recte proſpiciunt, quo ſibi omnino tendat, quid è ſingu
lis prorumpat, quid a quoq; ſequatur, quid cuiq; repu-
gnet, quid cui apte inhereat, quid inepte applicetur. Ie
circo nonnulli, uires mentis duplices eſſe contendunt,
& ſingulorum quidẽ uerborum, ſimplices alteras, com
ponentes, diuidenteſq; appellant, haſq; diuerſas eſſe,
adeo, ut multi cũ ad capiendas ſingulorũ uerborũ pote
ſtates, promptiſſimi reperiantur ingenii, nihil, aut pa-
rum componẽdo, connectendoq; ualeant, q; rent ſcri-
pta ſua repugnantibus, atq; ineptiis referta, ante ocu-
los ponunt, Mihi autem ſimplices quidem mentis uires
precedere, ac preire eas, quæ ſunt componendi, uiden-
tur. Itaq; ſe habere ipſa re, liquido patere arbitror. Nã
ut triangularis figura, abſq; quadrangula conſtat, hec
niſi illam contineat, conſtare nequit. Vtq; uegetandi
anima ſenſu non indiget, hec niſi illam ſubieceris, nul-
la eſt. Sic ſimplicium uires abſque componendi reperi-
untur. Hæc ſine illis inueniri nequeunt, & certe ſimpli
cia, priora ſemper, natura duce compoſitis, ſunt. Hinc
fit, ut nonnulli ſingula, eleganter ſequentes uerba, com
ponenteſq; ad ſonum ſuauiter atq; tonanter ( nam id

quoque ſibi proprium eſt) ſummi uiri, omniq; diſcipli
na eruditi uideantur, iis qui componendarum rerum
acumine minime ualent.

Quod Plato Platoniciq; omnes, uerbis & lenocinio cō
poſitionis ſolū ualuerunt, rebus penitus nudi ſunt,
Ariſtoteles i utriſq; magnus, & operis diuiſio.

Qualis mihi Plato, platoniciq; omnes uiden
tur fuiſſe, elegantia enim & compoſitione
uerborum, ſic eloquentes ſunt, ut naturam
ipſam, ſi poſſet & uellet, humana uti oratione, non alia
q̄ Platonica, in rebus quieto generi accomodatis, id fa
cturam contenderim. Rebus autem ipſis longe nimium
ab Ariſtotelicis uiris abſunt. Sæpe namq; in conſequen
ter, inepte, repugnanterq;, ſicut infantes, in quibus cō
ponendi, uires ingenii adhuc ſtabilite non ſunt, pluri
ma connectunt, quod alii, mea quidem ſententia, quo
niam ex media ſolum parte, mentem humanā hauſerūt,
hauſtamq; expreſſerunt, committere ſolent. Plato au
tem ipſe, quoniam ad hoc prauitate quoq; non parua,
& cupiditate humani generis, quantum in eo fuit, per
uertendi, uehementer ferebatur, quem natura, & uitia
ſua; uel dicendi facilitas & elegantia orationis, atq;
uerborum copia, uel ignorantia multorum, & ſimilitu
do uitiorum; non tantum non retruſit atque abdidit,
uerumetiam in deorum, ut ita dicam, numero colloca
uit. Et Ariſtoteli ſummo in omnibus uiro, atq; inte
gro, & omnibus mētis humane uiribus, ſic prædito, ut
nihil addi, nec maius excogitari quicquam poſſit, im
pudentiſſime ſimul atq; igratiſſime prætulit. Inter quos

tanta ſimpliciter differentia eſt, ſicut utriuſq; ſcripta
oſtendunt, ut quemadmodum nemo unquam fuit (eos
ſolum excipio, qui aperte miraculo diuinaq; ope, ho
mines inſtituerunt) cui pluſq̄ Ariſtoteli genus huma
num debeat, ſic neminem inuenies, quem magis q̄ Pla
tonem omnes deteſtari, abhominari, odiſſeq; iure poſ
ſint. Quæ res omnibus non aliter apertiſſima erit, q̄ ſi
(q̄ breuiter fieri poteſt) alterum alteri conferamus, ſic
enim & Ariſtoteli pro uirili parte gratias retulerimus,
& in Platonem non ingrati ueras eius uirtutes in lucē
protrahentes, fuerimus. Id latina oratione nunquam fer
me alias (Plato enim latinus non erat) commode fieri po
tuit. Nunc uero, quoniam, multa eius in Romanam
ſunt linguā traducta uolumina, facillimum nobis erit,
prauitatem eius & ignorantiam, ſi ad Ariſtotelem com
paras, præ oculis doctorum hominū conſtituere. Quip
pe qui iam Platonem non aliunde, ſed a ſeipſis uerſos, le
gendo libros inducti aſpernentur atq; oderint. Ve
rum facilius hæc ordine omnia hoc certo proſequamur.
Primum in doctrina rerumq; peritia. Deinde incon
uenientibus, cum ueritate dogmatibus. Poſtremo in mo
ribus, atq; repugnantia dicendi, utrumq; conſiderabi
mus. Doctrinam omnem ac liberales artes i treis partes
pleriq; partiuntur, rationalem, approbandi inueſtigan
diq; inſtrumentum eſſe putat. Et quā multi ſic phyſicā
appellant, ut in ea methaphyſicam, inducant. Hanc
poſtremam rerum uim ſequutus, nō eſſe phyſicam, arbi
tratur. Ita quatuor, ſiue artes, ſiue ſcientias libet appel
lare, cuncta rationis negotia, in quibus pars prima hu

ius collationis uerſabitur, eſſe uidetur, rationalis, in qua dicendi quoq; includi copiam uolumus, naturalis, metaphyſica, mathematica, quibus omnibus moralis inſtitutio, nõ qua agimus, ſed quã diſcimus, adiũciẽda eſt.

### Quod etiam in dicendi artibus præſtantior Platone Ariſtoteles.

Age igitur i ea rationali parte, quã dicendi facultatem nuncupant, explicent nobis qui Platonem laudant, Ariſtoteliq; anteponunt, quid Plato habet præter genus, & formam dicendi, ac compoſitionem orationis unicam & quietam atq; phyloſopho dignam? In qua omnes qui fuerunt, qui ſunt, adde etiã qui futuri ſunt, nõ paruo interuallo ſuperauit, quid inquam habet preter hoc, quod idem ſibi conceſſimus? quod Ariſtotelicæ uel elegantiæ uerborum, uel copiæ rerum, uel præceptorũ multitudini atq; ſubtilitati, uel altiſſimarum rerum, aut mirabili, ac diuinæ inueſtigationi, aut ordini naturali atq; proprio, poſſit cõferri? Vbi de inuentione rhetoricã Plato docuit? ubi elocutionis præcepta tradidit? ubi poetas? (nam ea quoq; res, ad dicendum ſummopere pertinet) fabularum ipſe ſtudioſus uigilantia & peritia ſua inſtruxit? At Ariſtoteles & poetarum fontes aperuit & oratorum flumina, recluſit. Inueniendi enim uim omnem, mirabili uel locorum uel propoſitionum, quas maximas dicunt, copia, in lucem e tenebris protraxit, diſponendi agendiq; rationẽ, plurimum ad perſuadendum, ualere commonuit, diuerſa eſſe dicendi genera, ea q; rebus accomodanda, non magis præcipiẽdo, q̃ dicẽdo præ oculis poſuit. Mirum certe eſt, q̃ acuta grauiq; in rhetoricis utatur oratione. Ad Alexandrum uero, eadem fere ſcribens, facili. ſuauiq;, non abſq; grauitate, ut principem decebat, dicendi utitur ſtilo. Ita ubiq; rebus uerba & orationis genus accomodat. Cuius rei, ne ueſtigiũ quidem, in tam multis atq; uariis a Platone ſcriptis ſubolere uidetur, nam ſiue de repu. diſſerat, ſiue cæleſtium naturam rimetur, ſiue numerorum magnitudinumq; uires inueſtiget, ſiue humana, ſiue diuina tractet, ſiue priuata, ſiue communia, idem penitus eſt, quodq; abſurdiſſimum etiam ſui dicerent, non alia in epiſtolis, q̃ in rebus magnis dicendi forma uti conuincitur, niſi q, pro rerum prauitate, ſummiſſior ſibi reperitur oratio. Quod autem res ipſa per ſe ipſam facit, non eſt artificii ſed naturæ, quod uero pro qualitate rerum, compoſitionis uirtute in formas uariatur diuerſas, id artis eſt non naturæ. Quare grandis etiam ipſa & tranquilli fluuii more defluens oratio, cũ nihil concitationis, nihil aſperitatis, nihil acute ſimul ac clare cõpoſitionis habeat. Sed uno atq; eodem modo, quando de deo immortali, quando de natura, quando de moribus, quando de re pu. eiuſq; legibus, quando de præſtantibus uiris, quando de improbis, quando de motu, materia q; ſeparatis, effundatur atq; decurrat, perſpicuum facit, non ratione ac ſtudio, ideſt obſeruatione artificioſa, uerum aut natura quadam, aut in conſiderata excercitatione, omnia Platonis conſcripta fuiſſe. Nõ eſt hac de re plurimis uerbis opus. Ille ipſe Plato ingenue fatetur in Gorgia, nullum eſſe dicendi artificium,

nulla orationis præcepta, nullam institutionem componendi, nisi forte cauponariam. Cum contra optimis Aristoteles argumentis & artificium eſſe dicendi aperuit, & finem eius oſtenderit, & ſcribendo docendoq; tam auditores ſuos q̃ poſteros & inſtituerit & ſemper omnes inſtituat, qui libros ſuos diligenter euoluant. Quis ob res, nemo compos mentis, niſi uelit ingratus atq; prauus eſſe, ibit infitias, in hac etiam ipſa re, hoc eſt in dicendo, in qua plurimum Plato ualuiſſe uidetur, Ariſtotelem quidem præſtantiſſimum eſſe, quoniam ratione artéq;, uti hominem doctum decebat, in omnibus utitur, Platonem, piget dicere, ſed ueritas cogit, ſicut in doctum hominem naturaq; parum ad res excellentes erectum, forte fortunaq; omnia profundere, ac magis effutire, q̃ dicere. Sed peritior forſan mente raptis Plato uidetur, quia loquacior, cum enim multitudine uerborum magis atq; ornatu probare quod uelit, conetur, paleis redundat & ex nitore culinorum oculos amentium perſtringit, frugis aut nihil aut parum retinet. Ariſtoteles uero in ſumma paucitate uerborum dilucíditatem pro conditione rerum, & elegantiam, ſicubiq; habet, ut optime inuentorum mirabilis copia & ubertas inaudita ineſſe orationi uideatur de locis adhuc communibus, & oratione ſimul diſſero. Id quamq̃ ubicunq; de rebus, ad uitam hominum pertinentibus ſermo eſt; abunde ſuperq; conſpicitur, ex duabus tamen problematis, quæ de iuſtitia ſunt, uno quo locum dari reo dextrum probat, altero quo ultimis eos ſupplicijs lege affici, qui de locis furatur communibus, laudat, ut trito prouerbio dicitur, quaſi leo ex unguibus cognoſcitur. Sed ſatis iam de ui dicendi utriuſq; dictum ſit.

## Quod in diſſerendi ſtudiis princeps omnium Ariſtoteles eſt, Plato rudis.

AD diſſerendi autem ſtudia, quæ logice nomine uulgo appellantur, quid unquam attulit Plato, aut quo uſu ipſum particiendi, diſtinguendi, diffiniendi, diſſerendiq; recte, non dico facultatem, ſed qualemcunq; cognitionem habuiſſe percipiemus? ubi ſyllogiſmo commode uno uſus eſt? ubi rem tãtam, tam utilem, tam neceſſariam, & ſi non aperuit præcipiendo, ſaltem tetigit ſummis, ut dicitur, digitis? Atqui ſine ipſa, nec recondita rimari naturæ ſecreta poſſumus, nec de inuentis, qualia ſint, iudicare, nec ſi demõſtratur, nec ſi uerisimiliter ac logice dicitur, cognoſcere. Nam quemadmodum opifices, niſi ſuis utantur inſtrumentis, quit nequeunt aliter, quicquam efficere, neagere quidem incipiunt, antequ ordine cuncta quibus agunt, præparata fuerint, ſic neceſſe fuit, quoniam nihil ante ipſum de inſtrumento ſcientiarum, quæ dyaletica eſt, ſcriptum fuerat, ſine quo nihil recte diuidi, nihil recte diſtingui, nihil recte diffiniri, nihil inueniri, nihil diſſeri aut demonſtrari poteſt, de hac ipſa re prius, ſaltem, confiſe aliquid, aut mancum & ſolummodo inchoatum relinquere, ipſe uero, nihil penitus, ſicut de alijs quoq; rebus, quod in artem aut diſcipl

niam, redigi poſſit, conſcripſit. Nam ſi etiam alicubi cō/ mode dictum ab eo, reperiatur, quod ad hanc rem pertinere uideatur, ſic tamen perexiliter, ac tenuiter, rariterq; factum eſt, ut caſui non conſilio & rationi attribuendum eſſe contenderim. Non ſic Ariſtoteles, ſed nō ante ad indaginem maximarum rerum, ſeipſum immiſit, q̄ uenerandæ ueritatis inſtrumentum ſibi cæteriſq; conſtruxit, quo uniuerſos & ad inueniendum armauit & ad iudicandum præparauit. Ridete, ridete inquam ſummi ingenii, liberalitatiſq; uirum. Inſtrumentum tradidit hominibus, quo ſibi omnia fuerint excōgitata, examinata, iudicata, quoq; poſteri non modo ſimile parere, uerum etiam quæ ipſe ad inuenit rectane ſint aut minime, poſſint perpendere. Quis ſatis, aut magnitudinem animi, aut mentis illius uires poterit admirari, illud quia, ſicuti artifex diuinus, rerum omniū naturā expoſiturus, arma fabricatus eſt, omnibuſq; dedit, quibus inuenta ſcriptaq; ſua poſſent examinare, hoc quoniam nihil aggreſſus fuit quod non ita perfecit, ut lucem generi hominum attuliſſe ſolus (humano more loquor.) maxime prædicetur. Quodq; admirabilius eſt, pauca nimium, & ipſa confuſa, ex antiquoribus accepit. In dyalecticis autem nihil penitus, nec enim, ut ipſe in codicis calce teſtatur, aliquid, hac de re aut ſcriptum aut dictum erat. Vnde facto gradu, ad maiora poſſet aſpirare, niſi forte de cauillatoria & ſophyſtica diſputatione. Quare non iniuria, motus quoque fuiſſe uidetur, adeo ut gratias ſibi habendas a poſteris putarit, idq; libere non fuerit ueritus poſtulare, tum quia ſolus totū hoc diſſerēdi negotiū excogitauit, inchoauit, perfecit, ſcripſit, edidit, tum quia facilis ad omnia rationis negotia uia & quaſi trita, communiſq; cuique conſtituitur. Qui is armis munitus fuerit, tum deniq;, quia negotium de ratione, longe difficilius cæteris eſt, nā cum omnis cognitio noſtra oriatur a ſenſibus, rerum quidem cognitio multo magis adheret ſenſibus q̄ rationi, ad cuius negotium inueſtigandum tanto minus nos ſenſus inducit, quanto magis, abſtractum a ſenſu, atq; quaſi ſeparatū, ī abditis arcaniſq; īgeni, ac naturæ uiribus recōditur. Id ordine nō aliter proſequitur Ariſtoteles, q̄ ſi ipſa res, ſeipſam tractaret, atq; conſcriberet. Nam ſimplicium rerum naturam, non ut rerum, ſed ut predicamentum (ſic enim tantum logicæ conſiderationis res ſunt) primum expoſuit, qua de re, non nihil etiam antiquiores tetigiſſe traduntur. Deinde a ſimplicioribus, ad compoſita progrediens, propoſitionū uires, enuntiationumq; patefecit, quem tractatum, quoniam ſecreta mentis, in lucem oratione producuntur, periherminias nuncupauit, quo quidem in libro, multæ quaſi in profundo maris pinæ iacent, innumeras margaritas, concludentes. Sylogiſmorum deinde doctrinā aggreſſus, ex habitudine qdē medii ad extrema tres cōſtitui figuras aperuit, ex quātitate uero, qualitateq; propoſitionū permutata, aut immutata, diuerſos figurarum modos, adinuenit, quodq; fere ſuper hominē eſſe uidetur, cum & quantitas, & qualitas propoſitionum bipartito ſcindatur, atq; quatuor, quæ hinc emergunt concluſionum genera, ī prima inferri perſpexiſſet figu

ra. Et īmobilem in ſecunda quidem, negandi qualita-
tem. In tertia uero minorem quantitatem, mobilem autē
hic qualitatem, ibi quātitatem, in primam cæteras redu
ci, uel conuertenda, uel aſſueta, impoſſibiliaq; impellē-
do facile intellexit. Quid dicam de inueniendo medio?
q̄; mirabili copia, uniuerſos thopicis ſuis, iſtruxerit? q̄;
faciles aut ad ſtruendum? aut ad refellendum paulo ſui
familiares efficiat, q̄; integros indiuidendo, acutos in
diſtinguendo, perfectos in diffiniendo conſtituat? quid
plura, omnia ſolus inuenit, primus docuit atq; conſcri
pſit, quæ, quod, quantaq; ſunt, q̄; abdita, q̄; uera, q̄;
neceſſaria, omnes qui percæperunt mirantur, qui non
pcæperunt, Platonici maxime, irridēt. Nec. n. dulcedo
mellis, ut dicitur, uerbis explicari poteſt, iis qui minime
guſtarunt, nec acute integreq; percipiendi ſummam
ſubtilitatem, remq; penitus diuinam, niſi re ipſa initiati,
q̄; mirabilis ſit, comprehendere poſſunt. Demonſtran-
di autem uiam, rationemq; certiſſimam, quis unquam
ante Ariſtotelem explicauit? quis ſciret, demonſtret ne,
an ſuadeat niſi ipſe docuiſſet? quis medium in ſuaden-
do concluſionis eſſe ſolum? In demoſtrando etiam ipſius
rei præter ipſum, & qui ab ipſo profecti ſunt, ſuſpica-
tus eſt? quis quæcumq; queruntur, quod ſaltem in gene
re ſunt abſque ipſo percæpit? nemo, Nemo unquā de
his rebus ante Ariſtotelem ſomniauit, nam ſi ſolummo
do ſomniaſſet Plato, non nihil ueſtigii, tot tantarumq;
rerum in ſcriptis ſuis inueniretur. Non reperitur autem
& inſuper inconſtanter, inconſequenter, repugnanter
pleraq; omnia ſibi dicta ſunt. Quod non committeret

ſi reſoluendi ſcintillā habuiſſet, Non ſomniauit ergo
quicq̄; de inſtrumento ſciendi, dicendi, componendi, re
ſoluendi, cuius rei etiam illud argumento eſt, quod om-
nia confuſe, indiſtincte, indeterminateq; ſibi effundun
tur. Sed multi, neſcio impudēter ne an ſtolide, in dyale
ticis aiunt omnes exceſſit Ariſtoteles, in cæteris Plato.
At qui in dyaleticis præſtat, Is in diuidendo, is in diffi
niendo, is in diſtinguendo, is in demonſtrando excellat
neceſſe eſt. Quomodo igitur Plato eiuſq; ſequaces in cæ
teris, præter dyaleticā, abſq; dialectica cæteros ſupera
runt, Hoc eni ſimile eſt, ſi quis contēderet meliores eſſe
in prælio milites, qui nūquam enſem, nunquam clypeū,
cæteraq; arma, uiderunt, q̄; armatos & in armorū ſtu
diis ad ſummum exercitatos, ſi probādi, ſciendi, demon
ſtrandi organum non habuerunt, quo pacto ſingulorū
naturam, ordinem, uires, effectusq; cōprehenderunt?
An quoniam aliunde organum, ſicut architectus a fa-
bro ferrario, mutuati ſunt? longe id abſit, nam primum
nihil erat ſcriptum, dictum ue de diſſerendi artibus, de
inde in fabrilibus artibus, alius plerunq; inſtrumen-
ta fabricatur, alius utitur. philoſophus ipſe ſibi ratiōis
organa iſtrumentaq; non alius cōdit, quæ ſi Plato, nec
ipſe fabricatus eſt, nec facta reperit, cum nihil huius
rei ante Ariſtotelem extaret, nec uti probe comperitur,
cur ei philoſophiam, niſi penitus ignorantes ſimus, con-
cedimus? Vbi diſſerendi artes tradiderit dici non poteſt
uti uero ubi uidetur? Ego fateor, nec recte diffinitū quic
quam apud eum nunquam legiſſe, nec ordine diuiſum
nec diſtincte ſtatutum, nec probe concluſum nec, ut de

moſtratum, ſed contra, omnia indiſtincta, confuſa, indif
finita, incoſtantia, inconſequentia, repugnantiaq́ꝫ offen/
diſſe. Quas obres, neminem credo dubitaturum, ita ip/
ſum hac in re conferri ad Ariſtotelem poſſe, ſicut ni/
hil, ad id, quod extat atq́ꝫ apparet, uel, ut ariſtoteli/
ce dicam, ſicut ad actum potentia, & ad ætelechiam,
quod abſtruſum in materia eſt. Nec enim dici poteſt, ha
buiſſe quidē ip̄m arma, ſed nec edidiſſe, nec uſum fuiſſe.
Alterium enim iuidiæ ſi ſciuit & non edidit. Alterum,
ne impoſſibile dicam, ſtultum eſſe conuincitur, ſi non eſt
uſus, cum haberet, preſertim cum in prælium deſcendiſ
ſe ipſum, atque multū ac ſæpe pugnaſſe, perſpicuū ſit.
Actum iam nobis de prima eſſet parte, ſi humano mo/
re, doctrina peritiaq́ꝫ rerum, cōparata Platoni ab om/
nibus crederetur, nam qui arma nō habuit, qui uſum
ipſorum non modo non tenuit, ſed ne ſi eſſent quidē in
natura rerum, ſuſpicatus eſſe uidetur, qui poterit cum ar
mato exercitatiſſimoq́ꝫ in armis ac fortiſſimo milite, pe
dem conferre? Verum quoniam etiā in re militari pau/
ci, non nunquam & inermes, & pugnandi artis peni/
tus iperiti, multos armis iſtructos, ueteranoſq́ꝫ milites di
minitus fuderunt, fugarunt, proſtrarunt, quomodocū/
que Plato diuinus, ac ſuper hominem a ſuis prædicatur,
opus eſt per ſingulas doctrinæ atq́ꝫ ſcietiæ partes, qua
lis uterque fuerit perſtringere, ſic enim facile comperie
tur Plato, ſi ad Ariſtotelem confertur, nihil magni, nihil
ſingulari laude dignum, nihil quod cōmunem excedat
hominū uſum, menteq́ꝫ communem, habuiſſe, præter
compoſitionem uerborum ſimplicem, & tranquillā ac

Philoſopho

Philoſopho dignā, ut in ſupioribus quoq́ꝫ dictū eſt.

## Quod in naturalibus mirūimmodū excedit Ariſtoteles.

NAturalis phyloſophia, ex notioribus nobis pro
grediens, occultiora rimatur, & ſenſibilium
rerum natura patefacta, tandem ad notiora
ſimpliciter, naturaq́ꝫ ſui fulgentia nos perducit, & pri/
mæ philoſophiæ cōmēdat ea, ſicut omnis doctrina de
elementis, primo, atq́ꝫ principiis, non dicendi (nulla
enim id ſcientia præter primam facere poteſt) ſed eſſen/
di, ac rerum negotia, ut de materia & forma, ut de cau
ſis & motu, ut de infinito, de tēpore, de loco, de uacuo,
omnia eni hæc, uniuerſis aut ineſſe aut accidere corpo
ribus uidentur, quæ non communiter omnibus de qui/
bus in ſcientia tractatur inhærent, ea principiorū uim
obtinent. Vbi ergo de iſtis Plato, aut ordine proſecutus
eſt, aut confuſe occupauit, aut diminute ſaltē, ac mance
tetigit? nullibi certe. Nam ſiquid forte de corporū prin
cipiis dicit, ad ſuperficies & lineas reſoluit, & inde cō/
ſtitui corpora opinatur, peritum philoſophum, atq́ꝫ
acutum, menteq́ꝫ ita diuinū, ut hæc ignominatio, pau/
lo immutata, apprime iis accomodetur, qui eum Ariſto
teli præferunt, ſimul enim & naturales, & mathemati
cas diſciplinas funditus euertit. Nam qui principia per
peram accipit, is quæ ā principiis ſunt conſtituere non
poteſt. Quomodo enim ex ſuperficiebus corpora conſta/
bunt, ſi nullam ſuperficies altitudinem habet? aut quo/
modo ſuperficiem lineæ conficient, ſi ſuperficies latitudo
eſt? linea uero nihil latitudinis habet? an unitas in ſe

ducta, ſeipſam excedere non poteſt, & nihil multiplica
tum numerum faciet, nec id fieri planè poteſt, nec Pla
to aliud q̃ id dicit Corpus enim altitudinem habet.
Superficies autem abſque altitudine penitus eſt, ſimpli
citer ſuperficies latitudo eſt, cuius nihil in linea eſt. Si er
go phiſice corpus à ſuperficiebus & ſuperficies a lineis
componeretur, fieret altitudo ex non altitudine, & latitu
do ex non latitudine, non ut expriuatione aut potentia,
ſed ut penitus ex nihilo, nulla .n. latitudinis ĩ linea, nul
la in ſup̃ficie altitudinis potentia eſt. Quare geometriæ
quoq; docendæ principia poſitiõe Platonis accepta, eua
neſcunt, & falſa penitus atque inania reperiuntur, nec
enim uel de linea, uel ſuperficie geometria quicq̃
dicere poterit, aut in linea latitudo aut in ſuperficie pro
funditas ac altitudo inerit. Hunc in errorem puto de
lapſum fuiſſe Platonem, quia multiplicatione linearum,
ſuperficies & harum ductu corpora, mathematici pro
ducunt. Sed non naturalia dicere quiſpiam illi, o uir
doctiſſime tu, aliter nanq; mathematici lineas & ſuper
ficies & corpora generãt, aliter natura, natura enim ſu
perficies & lineas à materia ſeparatas, ne cognoſcit qui
dem, quippe quæ ſeparatæ non ſunt. Mathematicus ue
ro, quoniã mente omnia ſuperat, lineam puncti, ſuper
ficiem lineæ, corpus ſuperficiei fluxu generat atq; con
ſtituit, ſic enim forma ſola ſine materia fungitur. Sed
Plato quidẽ ſic, aut nihil, aut omnino puerſe, de prin
cipiis ſenſibilium rerum ſcribit, Ariſtoteles uero non ali
ter, q̃ ſi natura ipſa de ſeipſa loqueretur, ordine cuncta
diuinitus pandit. Nã quæ ſunt principia rerũ in adi

tis ipſius naturæ ingreſſus patefecit, cauſas aperuit, mo
tus & corpora, cæteraq; huius (nec enim neceſſe eſt ſin
gula ſemper repetere) & quid ſunt, & quomodo ſunt,
& q̃uo non ſunt, unde oriuntur, quo ſpectant, quo
tandem redeant mirifice patefecit. Principiis uero ſibi
ordine mirabili pertractatis, mirabilius cætera ſequen
tis, mobilium circulariter corporum doctrinã agreſſus,
ſuperioris mundi, & hec inferiora continentis atq; re
gentis naturam, conditiones, proprietateſq; diuinitus
enodauit. De quo, quid unquam recte Plato? nam etiã
ſiquid dixit, non docendi ordine, nõ explicandi doctri
ne, non ut philoſophus (communibus autem locis ap
probauit) ſed ut ruſticus è crapula ſe recipiens, eructa
uit. Elementarem .n. hoc eſt igneã ſubſtantiam, atq; na
turam, ſuperioribus dat, cum calore, tum maxime lucen
di, ut arbitror, uirtute ſuperiorum deceptus. Non enim
potuit perſpicere, non ab igne illa ſplendorẽ, ſed ignẽ
ab illis recipere; Nã ſi à ſuperioribus inferiora mouen
tur, nutantur, gubernãtur, quod ſenſu ipſo percipitur,
(motu enim illorum diuerſa tempora, calores & frigo
ra, diem & noctem, uentos & pluuias, fulgura & toni
trua, cæteraq; huiuſcemodi produci uidemus, quibus
ignis, aeris, aquarum generatio atq; corruptio ex parte
fiunt, quomodo hinc illo, non autem inde huc, ſplendo
rem aut calorem prouehi ſuſpicatus eſt Plato, præſertim
cum eadem ſit ratio, eadem natura, idem motus, atq;
cõditio, totius & partis, ſed igneum eſſe ſolem, patet in
quit, quoniam calidus, hæc ille. Qui autem ab eo cogno
minantur, quaſi inſenſatum Ariſtotelẽ deridere ſolent,

quod calorem cæteraſq; qualitates, ſuperioribus nõ per ſe, ſed per attrictionem attribuit. Natura uero his experitis, omnino perpetua eſſe corpora, atq; ideo quintæ cuiuſdã eſſentiæ, alienæ penitus à fece horum elementorum putauit. Sed primum uidere non potuerunt, calore igneo non foueri atq; incitari ad generationem ullam materiam, cum id ſuperiorũ calore fiat. Deinde ſi ſol calidus in ſeipſo eſſet, ſicut tactu ignis ſemper urit, ita non paruos calores tactu radiorum ſemper excitaret, quod falſum eſſe perſpicitur. Nã ſi non attritio, (ut ariſtotelico utar uerbo) & infractio quedam radiorum caleſaceret, multo magis certe in hyeme, quãdo in minoria longitudine ſol inuenitur, propius tacti, q̃ in eſtate ſole remotiore, arderemus. Nam quæ calorem natura ſui reddunt & tactu calefaciunt, ea quanto propinquiora ſunt, cæteris ſemper paribus, tanto id magis agunt, non autem propinquitate, ſed ſola rectitudine radiorum calor ſuperiorum excitatur. Nam cum recti penè inſolida incidentes corpora radii diffundantur, attriti, rupti, atq; infracti igniuntur, non ſunt igitur per ſe calidi, quippequi niſi frangãtur, non caleſcant. Præterea terræ propinquiores aeris regiones, quanto propinquiores fractioni radiorum ſunt, tanto calidiores, quãto remotiores à ſolidis corporibus, unde radii refringũtur, tanto frigidiores inueniuntur. Argumento eſt ros, pruina, pluuia, nix, grando, & altiora hominum habitacula, quæ in contrarium omnia diſponerentur, ſi Platonis ſomnia ueritatis quicquam haberent. Adhuc qui ſub equinoctiali, uel prope habitant, omnes uidemus

ardore ſolis exuſtos, nigreſcere, oporteret autem cõtra, temperatiſſimas illas eſſe regiones, & remotiores, prò remotionis proportione, temperatas. Si non attritu, ſed propria qualitate ſol caleſaceret, quod ita eſſe, multi Platonicorum mentis inopes, falſo & contra ſenſum arbitrati ſunt: Accedit, quod ſpeculis ignem uulgo à ſole incẽdimus, & artificioſius factis, nõ incẽdimus ſolum, ſed in longum uſq; proiicimus, ab igne autem nunquam ſimili modo ignẽ procreaueris. Atqui ſi ſol igneus eſſet, commodius id, faciliuſq; ab igne q̃ à ſole confici uideremus, magis enim unumquodq; in cauſa eſt unde profluit, q̃ in cauſato unde deuenit, ſed ſol igneus eſt, ut aiunt, magis ergo id cœteriq; ſolis effectus, ab igni q̃ à ſole ipſo ꝑducerẽtur, eſt autẽ hoc falſũ. Quare illud quoq; falſum eſſe coarguitur. Simile illud, ſimiliterq; irridẽdũ eſt, qđ aiunt, aerẽ atq; ignẽ natura, ſicut cœleſtia corpora, circulariter moueri. Primũ, quia omnis naturalis motus ac ꝓprius, niſi quid ĩpediat, equalis atq; regularis eſt. Aeris uero igniſq; ĩ circulũ motus, inequalis eſſe cognoſcitur. Deinde ĩpoſſibile eſt, duos motus diuerſos, uni eidem natura ineſſe, ſurſum autẽ ferri naturã, ineſt aeri atq; igni. Quare non natura, ſed præter naturam circulariter feruntur. Ad unum enim ultimum finẽ, non ad duos natura mouetur, aliter ſeipſam impediret atq; deſtitueret. Quare, qđ natura ſurſum mouetur, id præter naturam alio fertur, ſicut enim naturalis motus unicus eſt, ſic pꝛter naturales multi eſſe poſſunt, propterea quod multa, præter unum ſunt. Quid plura? non enim demonſtrare, ſed tangere nonnulla neceſſe eſt, ut & rerum uer.

tas, & Ariſtotelis fulgor, clarius eniteſcat. Taceo q̄ mul
ta preclara, ueraq; de ſuperioribus, ueris ac neceſſariis
Ariſtoteles rationibus dixit, de quibus Plato nihil, de fi
gura, de motu, de multitudine, de natura, cæteriſq; om
nibus, ſic perfecte ac abſolute, ut omnes gentes per .xx.
iam ferme ſæcula, nulla penè additione, aut ſubtractio
ne factā, ingeniū eius admirentur, quod quale fuerat, quod
q̄ mirabile, ac ferè ſuper hominem, gratia potius infu
ſum, q̄ natura inditum ſcripta oſtendunt. Quis enim
ſufficienter quæ poſt illa ſequuntur, quæ de cælo ac mun
do, cæleſti mente cōprehēſa, cæleſti animo excogitata,
cæleſti deniq; lingua narrata ſunt? De generatione re
rum naturalium corruptioneq;, de alimenti uirtute, nu
tioniſq; modo, in decremento atq; decremento, ipſa natu
ra de ſeipſa dictante conſcripſit, recenſere poterit? quis
Platonicorum unquam ex traditis à Platone principiis
profectus? quis ſi & qua in re incrementum fiat aperu
it? immo quis eorum, uel ab Ariſtotelicis audiēs percipe
re potuit, non in materia, ſed in forma, additione mate
riæ incrementum fieri? nam omnes huiuſmodi homi
nes, quoniam acceſſione materiæ incrementū fit, in ma
teria eā fieri arbitrantur, cū ſenſu ipſo cernamus faciē,
uerbi gratia, hominis, nō ex parua materia in magnam,
ſed ex forma parua, in magnam proceſſiſſe. Deinde phi
loſophos ſe appellant, qui rem tantam, tam neceſſariam
præ oculis poſitam, qua uegetantium omnium naturam
cognoſcimus, penitus ignorant, creſcendi enim uirtute
percepta, nutriendiq; uires, facile intelliguntur. Hinc
autem gradu facto, ſeminalis etiam uia omnis diuinitus
nobis aperitur, & ad hæc quomodo ex ſeminibus, plan
tæ, quomodo ex primis, animalia generentur; quomo
do alantur, quomodo creſcant, & quæ ſit illa uis ge
nerandi, alendi, creſcendi, & una ne an multæ, hæc
qui ignorat, magnā philoſophiæ naturalis partem igno
rat. De quibus Plato ne uerbum quidem, nec in genere
nec in parte, quorum utrunq; ſibi, ſi phīam tradere
ſcriptis, noluiſſet, aut ſciuiſſet, erat faciendum. Sed nec
de ſequentibus. Vbi enim aut unde quiſpiam de uentis,
de tonitruis, de fulguribus, de pruina, niue, pluuia, ro
re, iri, cæteriſq; huiuſmodi, quo pacto fiant, quæ ſint
cauſæ ipſorum, non dico diſtincte, ac ordine, quaſi à do
cente, ſed ſaltem confuſe, quaſi à ſtertente diſcere poteſt à
Platone. Age uero de anima quid magni dixit Plato?
omnia certe confundit, ac ſeipſum minus intelligēs, qua
ſi una ſit plantis, in brutis, in hominibus anima. Ita ple
runq; loquitur, nunquam ſufficienter diuidit, nunquā
diſtinguit, nunquam diffinit. Sed immortalem inqui
unt dixit animam. At id poetæ omnes, qui ante ipſum
fuerunt, ad homerum uſq; Orpheumq;, multo minus q̄
ipſe ſtertentes, cecinerunt, ſed de corpore in corpus, in
quiunt, tranſire contendit. Id nec ſuum ſimiliter eſt (Pi
thagoras enim ante ipſum ita opinatus fuit) & falſum
eſſe & certis rationibus demonſtratur, & à catholica fi
de, id eſt ab ipſa ueritate, alieniſſimum inuenitur. De ſen
ſibus autē ac de motu animaliū, cæteriſq; operationibus
aīæ, quid apud eū legitur? nihil omnino. Cur ergo phi
loſophus appellandus eſt, qui nihil de inanimatis, nihil
aīatis ordine docuit, & quicquid dixit, aut falſum eſt,

aut obſcure & enigmatice ac ſymbolice dictū, nihil ad doctrinam facit, niſi quantum ſinguli, uel a ſeipſis, uel ab aliis rectius intelligentes, ad id quod præſciunt uerba eius interpretātur. Ariſtoteles uero, recte omnia proſecutus, primo generalius philoſophiam edidit uniuerſam, deinde particularius aggreſſus, plantarū naturā, animalium conditiones, mire omneis ſcrutatus, nec generalia in particularibus confudit, nec particularia generalibus immiſcuit, ſed ab his ad illa progrediens, naturali hominibus genere docendi uſus, cuncta perfecit. Cōfuſiora enim prius & ſenſus & mens recipit, ꝗ diſtinctiora, neꝗ; hinc illo, ſed inde huc, per diſciplinā homo deducitur, præterea non tranſit de re ad rem, niſi neceſſitas cogat, ſemp ſuis ſingula principiis demonſtrat, & ſi aliunde nonnūꝗ aſſumit, ne lector confundatur, unde aſſumpſerit notat. Ita phyſica phyſice, logica logyce, methaphyſica methaphyſice tractat. Plato autē dū uniuerſa ſimul quaſi cæcus amplecti conatur, omnia ſicut gallina ſpargit, & nihil, ut trito prouerbio dicitur, comprehendit. De naturalibus locuturus, thælogiam aggreditur, mathematicam immiſcet, numeros quaſi teſtes citare ſolet, nec aliquid horum explicat, ſed ad enigmata uerſus, ad fabulas plærunꝗ; labitur, quæ omnia ignorātiæ ſuæ, ut puto conſcius, lectoribus ut lateat, quaſi ſepia piſcatoribus, atramentum effundit. Quod de Ariſtotele dici non poteſt, nā & ſi altitudine rerum obſcurior eſſe uideatur, uerbis tamen & compoſitione orationis, quaſi liquidiſſimus effunditur fluuius, ordine ergo cuncta ſic diſpoſita ſunt, ut alterum ab altero in lucem euocetur. Ita fit, ut qui totum Ariſtotelem uiderit, is totum intellexerit, qui uni ſolum incumbat parti, ut illā quidē recte intelligat, quod natura rerum, non ui orationis factum eſt. Ad unam enim rem penitus cognoſcēdam, tota philoſophiæ cognitio concurrit. Quare, nō ab re multi, nō minus ſcientiam eius mirari ſolent, ꝗ docēdi ordinem, quorum tamen alterutrum, ex alterutro diſponit, nec recte diſpoſueris, niſi recte intellexeris.

Quod etiam in Mathematicis rudem hominem Platonem dixeris, ſi ad Ariſtotelem conferas.

SEd in logicis inquiunt atꝗ; naturalibus cedimus, excedere namꝗ; Ariſtotelem in his non negamus, In mathematicis uero methaphiſiciſꝗ;, ſicut Plato cœleſtis atꝗ; diuinus eſt, ſic Ariſtoteles terrena ſolum ſapit, & in luto ſemper uolutatur, hæc illi. Ego autem præ admiratione, ſtupeo, qua ratione, aut quibus Platonis commoti ſcriptis, talia prædicant, nam mathematicā quidem (ut de hac primum uerba faciamus,) ſciuiſſe Platonem, nec negare nec fateri poſſum, e libris enim ſuis, nulla penē huius rei doctrina, percipitur, Ariſtotelē uero præſtantem in mathematicis fuiſſe uirum, certioribus argumentis demonſtrari poſſe contendo, nam ſciuerit ne uterꝗ;, an neſciuerit, & uter præſtantior hac in re fuerit, non aliunde, ꝗ e ſcriptis utriuſꝗ; intelligere poſſumus. Verum quoniam quantitate bipartita, diuiſa & altera parte, aut & in ſe abſolute & ad aliud cōſiderata, aut ad aliud tantum. Altera modo inquiete, modo in motu ſempiterno accepta, quattuor mathematicæ

ſcientiæ partes emergunt, Arithmetica, geometria, muſi
ca, aſtronomia. Dicant nobis qui Platonem adorant,
quibus eius in libris perſpicere potuimus arithmeti/
cum ipſum, aut geometram, aut muſicum, aut motuum
ſuperiorum peritum fuiſſe? Vbicunq; legeris ipſum, for
taſſe reſpondebunt, argumenta rei huius quã quæris, fa
cile reperies. Ego autem non dubito, nihil eſſe apud eum
quod certius oſtendat, mathematicum ipſum fuiſſe. Nã
quæ apud eum reperiuntur, nec demoſtrationibus corro
boratum, & aut enigmatice dicũtur, ut in Thimea & ĩ
Legibus, aut talia ſunt, ut nihil efferant magni. Nam
qui quadratos nominat numeros, aut cubos, quiq; dupli
cari quadratam magnitudinem, aut cubicam poſſe ma
thematicorum ratione ac uia prædicat, dicam maius,
qui quadrare circulũ ſcire gloriatur, quiq; proportionem
dyametri ad circumferẽtiã inter triplã, & ſeſquiſeptimã
& triplã, ac decimã numeri. lxxi. hoc eſt maiore illa &
hac minore eſſe aſſerit, niſi demoſtrationes afferat, explo/
ſus, exſybilatusq; nobis piſtrino, potius q̃ philoſophya,
dignus putabitur. Nã demoſtrare mathematici eſt, mul
ta uero tãgere & abſtruſa, quod ne ĩtelligaris p enigmata
proferre, communia uero dare, ſed ita, ut nihil latius ex/
ponas, nihil altius repetas, nihil doceas, ſed ſemper enun
ties, Ceretanorum quidem id opus, non mathematici,
nec omnino phyloſophi eſt. Nã ſicut Cerete oppido a ro
manis euerſo, Ceretani qui profugerũt, multarũ ob pau/
pertatem rerum, ſcientiam profitentes, obibant italiam,
ſimpliciorumq; ignorantiam ſubeuntes, panem, multis,
quæ cum nemo tradiderat, abſq; mente pronuntiatis, congregabãt.

Sic mihi Plato uidetur, multis tactis, nullo abſoluto, in/
diſciplinis diſciplinati ac mathematici nomen, falſo ab
ignorantibus aſſecutus fuiſſe; Hanc Ceretanorum artẽ
Lucianus uir & eloquentia primarius, & multarum re/
rum peritia, nõ in poſtremis docuiſſe, mihi græce uide
tur, nam ut ignorantiam ceretanorum (ſic enim appelle
ti latinæ ſunt omnes, qui priſcos ceretanos imitantur) de/
tegeret, libellum conſcripſit, ubi non eſſe opus multa ſci
re irridendo ait, ſi quis famam philoſophi ſequi deſide/
rat, ſed paucis hinc atq; illinc confuſius collectis, memo
riterq; retentis, facile qui uis uulgo multa pronuntiãdo,
plura pollicendo, ſi lingua conſcribentis ualeat uerbis,
in magnum poterit philoſophum, opinione hominum,
euadere, Quorſum hæc? ut nullum maiorem ceretanæ
artis magiſtrum fuiſſe Platone facilius perſpiciatur; ni/
hil ab eo explicatur, multa tanguntur, principia rerum
non ignoraſſe iactat, nullibi niſi per enigmata, exponit,
in cœlum penẽ aſcendiſſe dictitat, animaſq; prouidiſſe
in corpora cupidine quadam obcæcatas ruere, quod
& falſo ſibi attribuit, & nulla ratione firmatum in me/
dium proiecit, ſolo uerborum bombo, ſuſtentatum, cor/
pora ex indiuiſibilibus componit. Indiuiſibilia enĩ quodã
modo ſunt ſuperficies & linea, & in indiuiſibilia ſicut
in elemẽta reſoluit, cœleſtia ignea eſſe aſſerit, quo inſi/
xa atq; uiruere, frigora quoq; fieri uidemus Nulla tamẽ
in re ceretano cum mathematicis eſt, nihil enim ab eo
ſcriptum inuenitur, mathematicorum more propoſitum,
expoſitum, deſcriptum, demoſtratum, concluſum. Apud
Ariſtotelem uero ubicunq; aliquid huiuſmodi tãgitur,

omnia ordine ſuo abſoluuntur. Admiratione certe di//
gnum eſt, ꝙ etiam in materia naturali, mathematico//
rum more confictis terminis, mathematice quoq; ſicut
logice non nunquam naturalia probat, ſic diſciplinatæ
plærunq; demonſtrat, ubi tanto rerum, terminorum, de/
ſcribendi, demonſtrandi, ac deniq; concludendi ordine
utitur, ut ſi geometriæ ipſi uocem, aut ſcribendi poteſta/
tem dederis, non alia ratione docendi explicandiq; uſa
fuerit, ꝙ Ariſtoteles uſus eſt. Declarat id præſtantiſſimus
omnium demonſtrator Ptholomeus, cuius ſi demonſtra
tiones paulo longiores, ſicut ſunt, quibus proportiones
diametrorum, epycicly alicuius & æcentrici rimatur, ad
eas conferas, quibus Ariſtoteles cũ de uacuo tractet, mo/
re diſciplinatorum utitur, aperte demonſtrandi ordinem
ſtilumq; orationis, in quo demonſtrando Ptholomeus uti
tur, Ariſtotelis imitatione uidebis expreſſum. Vbi autem
materia diſciplinatior, ut ſic dicam, eſt, ſicut in libris de
cœlo ac mundo, quo, proh fidem dei, ac hominum ſub/
tiliter excogitatæ, acute concluſæ, mathematicæ demon
ſtratæ ſunt, concluſiones. Relinquo, quæ uel de lineis,
uel de mathematicis, quæ res ad mathematicum perti//
net, commodius, apertius, demonſtrabiliuſq; ꝙ mathe
maticæ profeſſores tractauit, quæ niſi aptius ab eo ſcri/
pta, meliuſq; demonſtrata, ꝙ ab aliis eſſent, non ſua, ſed
aliorum inuenirentur. Prætereoq; quæ de muſicis, quæ
de cœleſtibus, problematice demonſtrauit. Vbi tale quid
Plato? nullibi certe. Deinde ſic ſupini ac frigidi erimus
(ne ignorantes aut inuidi & inimici ueritatis dicam),
ut Ariſtoteli Platonem anteponamus, qui nullo pacto ad
ſcientiam & docendi uiam illius aſpirauit, non facie
mus profecto, niſi demonium Socratis, quod ipſe adora/
bat, & Plato colebat, nobis quoq; inheſerit.

### Quod in Metaphyſicis quoq; præſtat oĩbus Ariſtote// les. Plato contra, longe ab ea ſciẽtia reiectus eſt.

SEd in metaphyſicis inquiunt longe ſublimior
Plato, theologus autem eſt de cœlo hominibus la
pſus, quod inde patet, quia ueritati chriſtianæ
multo magis adherent dogmata ſua, ꝙ Ariſtotelis, qui
autem in maioribus, ac diuinioribus excellit, is profe/
cto, & maior & diuinior haberi debet. Nã etiam Ari
ſtoteles, & metaphyſicam primam appellat, & ſolum
eius profeſſorem, ſapientem prædicare non erubeſcit.
Nos uero uter ueritati, quam, ſoli chriſtiani chriſto do/
mino ac deo uero reuelante, cognoſcimus, magis conue
niat, aut uter ſolus conueniat, uter longe abſit, in ſe/
quenti uolumine ſeorſum, quoniam prolixius eſt & ar/
duas continet quæſtiones, ipſius ueritatis implorato au
xilio, declarabimus. Impreſentiarum autem, hac parte,
ueritatis theologiæ intermiſſa, quærimus unde nobis,
aut quomodo poteſt à Platonicis perſuaderi, primæ
phyloſophiæ doctrinam, non ignotam Platoni fuiſſe?
ex libris eius clamabunt, nec enim aliunde iudicium,
de tam priſcis hominibus, facere poſſumus. Quæro igi
tur, quibus ex libris? Ego enim à Platone nihil ſcrip/
tum inuenio, unde credere poſſim ipſum uidiſſe, quo
phyſicus à methaphyſico diſcernatur & differat, &
quid ſit primæ phyloſophiæ ſubiectum, & quid pri/

mum eius principium, & ut rum unum aut plura, & ſi unum probetur ne an non? ſi non, minus in hoc habebit prima phyloſophia cæteris phyloſophiæ partibus uniuerſis, nam & ſi nulla, ſua probat principia, non tamen improbata recipiuntur, ſed probantur in aliis, quas ſubalternantes ſolent nominare. Id primæ phyloſophiæ contingere, non poteſt, nulli enim ipſa, omnes ipſi ſubalternantur. Quare, ſiue unum, ſiue multa primæ phyloſophiæ principia ſint, cum in aliis probari nequeant, neceſſe eſt aut in ea ipſa probari, aut improbari, aut improbata recipi. Primum ſimpliciter ſi probare coneris, tibi neceſſario ipſi repugnaueris, cum huiuſmodi ſemper à prioribus probatio ſit, ſi improbatum receperis, primam omnium ſcientiam penitus deiicies. Hæc & alia huiuſmodi unde à Platone diſcemus? quod ſi hæc Plato, aut ignorauit, aut ſcribere noluit, quomodo nos, qui à ſcriptis iudicamus, primã ei phyloſophiam concedimus? cum principia eius, ſicut & cæterarũ, minus expreſſa, in libris ſuis eſſe uideamus. Sed primum rerum omnium authorem inquiunt, ſolus deum opinatur. Ego autem omneis, magis id quàm ipſum recte putaſſe, certior ſum, primum enim deum, ut modo loquar ſuo, unum eſſe fatetur, deinde alios atque alios ſummiſſiores natura, multo magis colit atque adorat, mundum autem non a primo, ſed à poſterioribus diis, naturaque longe alienis a primo, ex materia factum arbitratur, huic primæ materiæ nullum principium ponit, & præfuiſſe mundo cenſet, quorum alterum & alienum a mentis compote uiro, & impiũ eſt, ſi ut ſummus deus, ita & prima materia non pendeat aliunde. Ad huc nec unum erit primum ſimpliciter, ſed duo, alterũ ratione caret, ſi aliquãdo in formis materia fuit, & impoſſibile rebus ipſis eſſe probatur, ydeas & exẽplaria, non in mente diuina, ut pleriq; poſteriorum, ſed in cælo alias alibi collocat, & re ipſa ibi, ſeparatim tamen atque ſeorſum eſſe, per ſe aſinum, per ſe hominem, per ſe bouem, cæteraq; huiuſmodi fingit. Has ideas bouis, hominis, aſini, ac cæterorum, cauſas exemplares, inferiorum hominum, eſſe prædicat. Cumq; primitiua & exẽplaria, ideas horum corruptibilium, eſſe uelit, equiuoce tamen prædicari arbitrabatur, ſicut capram & hominem, uerbi gratia. De ideali capra, & homine & de capra atq; homine in ſpecie ideæ productis. Nec qua ratione id tam abſurde atq; fatue, Platonici opinentur ſcio, niſi quod Ariſtoteles, quoniam illa exemplaria, ſi ſunt, incorruptibilia ſint, hæc uero corruptibilia, ideo deceptum fuiſſe Platonem in primo æthicorum, ſubostendit, ſed præterquam nihil hæc diuturnitatis diuerſitas ad eam rem ualet, ſicut in eodem æthicorum loco probatur, diffinitiões etiam huius & illius hominis, in quãtum homines ſunt, diuerſas eſſe oſtendant, oporteret. Hinc equiuocæ hominem de hoc & illo dici ſciemus, ſed non poterunt, nam ſi animal rationale mortale diſciplinæq; capax, huius inferioris hominis rationem dicere audebunt, uidebimus. Hæc enim diffinitio, nullo pacto ſecundum platonicos homini congruere poteſt, nam primum, mortalem hominem dicere, longe ſecundum ipſorum poſitiones atq; principia, abeſt à ueri

tate non enim compoſitum ex corpore animoq; dicere hominem poſſunt, quippe ſolus animus, ſecundum ipſos, homo eſt, corpus autẽ animo accedit atq; accidit, neq; ut accidens aliquod proprium, atq; inſeparabile, ſed ut omnino ſeparabile, & omne autem humanum corpus fuit, ſecundum ipſos, humanus animus & multa corpora, cum ab alio ad aliud, ſæpius migret, uni nõ ſimul, ſed per ſucceſſionem accidunt. Quare ſicut nigredo, albedo, cæteraq; huiuſmodi ad corpus ſe habẽt, ſic ſe habebit corpus ad animum, id eſt ad hominem, ſecundum ipſos, immo multo minus corpus animo adheret, ꝙ color corpori, nam corpus quidem, abſq; colore inuenire difficile, animum uero, abſq; corpore, ipſi & præfuiſſe, & eſſe, opinantur. Quare ſi corpus, abſq; colore concipitur diffiniturq;, animus quoq; neceſſario ſine corpore, non erit ergo mortale, ſecundum ipſos, animal homo, ſed nec diſciplinæ capax, nõ enim capit in hoc corpore homo diſciplinam, ſecundum ipſos, ſed reminiſcitur. Nõ eſt igitur data hominis ratio Platonica, ac ideo nec per eam conſiderare debent; utrũ equiuoce homo de idea, & hoc homine prædicetur, an minime. Quas ob res patet, longe Platonem, ſicut in cæteris omnibus, in hoc quoq; à ſeipſo, id eſt à poſitione, aberraſſe ſua, & in conſequentia, repugnantiaq; concepiſſe. Nam quancunq; hominis rationem principiis conſentaneam Platonicis quiſpiam excogitauerit, eam & de idea hominis, & de hoc homine dici, perſpicue uidebis, ſed hæc inferiora imagines idearum eſſe ſcribit Gemiſtus, quem nos ipſi allocuti ſumus, homo ita prudens



ac doctus ut chriſtum negauerit & Platoni adheſerit; & ſcriptis chriſtianos inſequatur ſuis. Imago autem & id cuius imago eſt, equiuoce inquit ſemper dicuntur, ſicut homo & homo pictus, uideo quo tendat, & quid ſibi uelit, nam hinc filium quoq; dei, quoniam character atq; & imago dei eſt, æquiuoce deum eſſe inſinuare, ſuboſtendereq; conatur; ſed non uidit imaginum, alias artificioſas eẽ, alias naturales, inter quas hoc intereſt, ꝙ artificioſæ & id cuius imagines ſunt, æquiuoce dicuntur, imperfectæ namq; ſunt, cũ nequeat ars, animum quoq; ac uitam homini picto, dare, naturales autem uniuocæ ſunt, uiuas enim & omnino ſimiles, primitiuis natura imagines producit, cuius ratio eſt, quoniam pfecte abſoluteq; uniuerſa, quæ in primitiuis eſſentialiter ſunt, ad imagines traducit, ut nulla re differãt, niſi numero qđ ſit producens, alia imago quæ producitur. Quod Andromache aput poetam maximum omniumq; præſtantiſſimum (Homerum ſemper excipimus) diuinitus expreſſit. O mihi ſola mei ſuper oſtianactis imago. Sic oculos ſic ille manus, ſic ora ferebat. Pudet certe, tantum ut aiunt philoſophum, à poeta, in rebus ardius ſuperari. Sed id earum queſtio & ab Ariſtotele, & à iunioribus modo quo poſuit Plato; exploſa eſt. At mundum inquiunt factum dicit, eiq; deũ ſicut effectui proprio præfecit. Certe non magni aliquid deo attribuit; quem ex materia cuncta finxiſſe, non ex nihilo creaſſe opinatur, quamuis etiam id non primo deo, ſed alii longe, inferiori naturaq; diuerſo attribuit. Sed cruciatus aput inferos eſſe, aſſerit inquiunt

Plato & Heliſios campos quaſi beatitudinem quãdam animis largitur, quod nullibi dictum Ariſtoteli comperies, Poetica ſunt hæc omnia figmenta, multiſq; ante Platonẽ ſæculis ab Homero, aut ab Heſiodo, multiſq; aliis decantata. Erat autem phyloſophi, non ſicut acceperat, dicere, ſed cum i melius cuncta reducere, tamẽ multo magis ratiõibus, comprobare, quorum neutrum ipſe facere potuit, aut certe noluit, utrum ſit, non iure, phyloſophi nomen occupauit, nam ſi non potuit, non erat profecto ſapiens, nec ſapiẽtiæ ſtudioſus, ideſt phyloſophus, ſin noluit, nemo iure accuſabit nos, qui quod ipſe ſponte abiecit, idipſum ei non cõcedimus. Sed Plato quidem talis methaphyſicus erat, ut uel principia ſententiarum omnium ignorauerit, quæ nemo minus, q̃ phyloſophus primus ignorare poteſt, ab eo enim effluunt & ad eum omnia refluunt. Accedit ꝙ nec ordine doctrinæq; aliquid proſequutus eſt, nemo enim legendo ipſo doctior aut peritior effectus eſt. Ariſtoteles autem uere docet, & ſtudioſos ſui, ueros facit phyloſophos, quid phyſici, quid mathematici, quid methaphyſici uel ſubiectum ſit, uel officium recte diſcernit; quo: hæc diſtinguantur, & conueniant non ignorat, quis docendi ſit modus in ſingulis, unde incipiendũ, & quo tandem & per quæ deueniendum, perſpicaciſſime uidet. Nunquam in præpoſtero uſus ordine reperitur, non integris ſolum negociis, uerum etiam in perticulis & uſq; ad argumenta munitiora, ſemper enim alterum ab altero apud eum ſequitur, atq; confirmatur, omnia ſibi ipſi coherent, nihil repugnanter, nihil incõſequenter, nihil inconſtanter, nihil leuiter, nihil a propoſito alienius dictum ſibi reperies, ita ut non humanitus ſed diuinitus ſcripta contendas, quæ omnia ſolus optime facere potuit, quoniam ſolus omnium phyloſophorum, quæ ſunt rerum ac ſcientiarum principia prima, quæ ſecunda, primiſq; annexa, quæ primo atq; immediate a principiis fluunt, quæ mediate per priora emergũt, optime perſpexit, nec multos, ut Plato, ſed unum eſſe deum oſtendit, à quo & in quem omnia & producũtur & reducuntur, quod quoniã prolixius dictum eſt, in ſecundo commodius explanabitur, nec ſeparata uniuerſalia ponit, ſed rerum rationes, ſicut artifitiũ in opifice collocat, nec eodẽ preciſe modo, ſed ſecundum recipientis conditionem atq; naturam ſenſibilium rerũ, ideſt corporum, materiam, nec præfuiſſe, nec ſeparari à rebus ipſis poſſe demonſtrat. Primã phyloſophiam ordine tradidit & uniuerſa quæ ad eam rem pertinent, libris, capituliſq; diſtincta proſequitur, nec quaſi poeta longis fabulis parumq; utilibus, phyloſophiæ dogmata, perraro tacta, & abſq; ratione ac demonſtratione ulla, ſicut Plato, permiſcet. Bene enim longe alium eſſe a poeta, phyloſophum, Plato autem nulla in re differre a priſcis poetis nihil uidetur, niſi q̃d illi carmine, hic ſoluta oratione uſus eſt.

### De iactum nonnullorum Ariſtotelis uoluminum & ꝙ tribus alphabetis, tria negotia, phyſicum, Methaphyſicum, morale complexus eſt.

QVod ſi cruciatus, apud inferos eſſe & Helyſios campos non dixit, alius forſitan diceret, non ab eo quod dictum eſt, ſed ab iis quæ utrinq; dicta ſunt, iudicium, de ingenio, de ſciẽtia, de peritia eſſe faciundum, ex eo enim quod ratione aut peruerſe queſpiam dixerit, ſcripſerit, docuerit ue, laude, aut uituperatione dignus uidetur, non eo quod non dixit, non etiam ſi ſponte prætermiſerit, per uulgatam apud omnes poetas, ne gentes dicam, opinionem, ego autem non negauerim, ſiquis, quod ad rem pertinet, prætermiſerit, nõ eſſe carpendum. At hæc quæ ab eo ſcripta reperiuntur, non poſſe recte peragi, niſi futuri animorum ſtatus mentio fiat, id uero pernego, dixiſſe autem docuiſſeq; ipſum, & quidem ſicuti tanto dignum uiro erat de his & de aliis maioribus in his uoluminibus, quæ aut fortuna & caſus ſuppreſſit, aut inuidia malignarum poteſtatum, nobis eripuit, minime dubito. Id partim ex hiſtoria & authoritate ſcriptorum, partim & multo certius, ex ipſarum ſerie rerum, perſpicuum eſt, Plutarchus enim ſcribit, Ariſtotelis libros ipſo mortuo, in manus ignorantium deueniſſe, quorum incuria factum eſt, ut libri plures, ꝗ̃ centum annos ignoti ſitu marceſcerent, nam præter octo de principiis naturalium rerum uolumina, nihil editum publice fuiſſe. ſolebant enim priſci cuiuſcunq; generis ſcriptores apud ſe per uitam inuenta tenere ſua, ut ſiquid addere, ſubtrahere, mutare ue, uellent, facilius poſſent quod Horatius inſtituto ueterum cõſulere uidetur, cum dicat, Et nonum præmatur in annum. Poſt aũt cẽtum

annos, aut paulo plures, ab Ariſtotelis morte, repertos, & in lucem editos, libros fuiſſe. Id ipſum Strabo, uir & eloquentia & diligentia & peritia ſimilium rerum præcipuus narrat, multa mãcha uolumina & magna ex parte corroſa, fuiſſe reperta, iacturamq; tot & tantarum rerum, deplorat, & eos libros qui reperiuntur, parũ ante Syllæ & Marii tempora à ſucceſſoribus Ariſtotelicæ ſcolæ Athenis editos, Romam, primũ a Sylla ducentis fere annis, poſt Ariſtotelis mortem fuiſſe, delatos. Manchos ergo laceros, atq; corroſos, caſus edidit Ariſtotelis libros, ſicut hiſtorici teſtantur. Verum etiam ſi nulla id hiſtoria memoriæ proditũ eſſet, res ipſa oſtẽdit, Methaphyſicorũ atq; moralium codices magna eſſe ex parte diminutos, nam & materiæ inchoatæ, non abſolutæ feruntur, & inſcriptio librorum defectum, magnitudinemq; defectus, argumentis neceſſariis, ueſtigiiſq;, demonſtrat. Quod, ut apertius fiat, nõ erat fortaſſis ab re altius rem totam repetere, Homerus primum tum magnitudine animi, tum poetica eloquentia, tum mirabili atq; inaudita rerum diuinarum humanarumq; peritia, totius poeſis confiſus poſſe fundamenta elementaq; tradere, ĩ duas partes totum hoc partitus fuit negotium. Nã cum uideret cætera poeſis genera tragicũ, comicum, lyricum, & ſiqua ſunt alia ad laudes herorum confluere, Achillis atq; Vlixis laudibus, uniuerſam poeſim abſoluit atq; copioſe, ſicut in elementis cõplexus eſt, bipartito autem ſic egit, quia heroicæ laudes, perfectum hominem pandunt, perfectio porro humani ſtatus, nulla re alia, magis ꝗ̃ agendo & perpetiẽ

do perſpicitur, nam tria quæ præcedunt, ſicut legere, audire, ad hæc reducuntur. Itaq; Achillem rebus geſtis, Vlixem uexationibus, fuiſſe uiros, cecinit, nec tamen aut hunc agendi, aut illum perpetiendi laude priuauit, nam & ſi ſeparari hæc poſſe uidentur, quoniā magis alii aliis agūt, aut uexantur, alterū tamē abſq; altero, humana uita non recipit. Verum ut hæc totius pœſis, elementa eſſe oſtenderet, ſingulos libros elementorum, id eſt litterarum, nominibus inſcripſit. Iliados alpha. Iliados beta. Iliados gamma, cæteraq; ſimiliter uſq; ad xxiiii. grecæ linguæ elementa, eodem modo in Vlixea fecit, nec eum fefellit opinio, nullus enī, nunquam in poetam euaſit probum, addam quod nec euadere poteſt, qui ab Homero non proficiſcitur, ſicut igitur ſummus poeta, qui uires ſuas cognouit, totius poeſis, quam dupliciter exponi poſſe arbitratus eſt, duplici alphabeto elementa tradidit, ſic phyloſophorū omnium praſtantiſſimus, tria negotia phyloſophiæ complexus, phiſicū, methaphiſicū, morale, tribus alphabetis fundauit. & quaſi elemēta nobis omnis ſcientiæ, quæ ad hæc tria negotia pertinent, præbuit. Sed treis primum elementorum alphabetos altius exponamus, deinde breuiter ea, quæ, quaſi ex elementis prodeunt, p/ſtringamus, phyſicorum negotiū in xxiiii. libros partitus. Octo de naturalium rerum principiis, quattuor de cœlo, ac mundo, de generatione, ac corruptione duos, de methoris quattuor, de anima iii. de motu animaliū unum, & tādem duos de paruis, ut uulgo dicitur, naturalibus, ut elementa phyloſophiæ naturalis hos libros eſſe moueret, elementorum, linguæ grecæ nominibus, Homero ſimiliter appellauit, phyſicorum alpha, phyſicorum beta, phyſicorum gāma, & cætros eodē modo. Libros autem de cœlo phyſicorum iota, phyſicorum cappa, & reliquos ſecundum alphabeti ordinem, & ita ſibi factum fuiſſe, Octauus phyſici auditus liber oſtendit, in uetribus enim codicibus, elementū thita græce inſcriptum reperitur. Id cum numerum maiorem ſignificet (nouem enim) neceſſario non numeri notam, ſed elementi repreſentat, hoc ipſum, in moralibus factum inuenies. Vltimus & decimus ethicorū liber, ut in antiquis codicibus elemento inſcribitur, his decem ſi addideris politicorum uolumina (inueniuntur enī) quot economicorū, libros fortuna cōſumpſit, nam quod extat de economicis, quæ pars tertia & quidem integra philoſophiæ moralis eſt, aperte fragmentum eſſe conſpicitur, hæc etiam per alphabetū methaphyſicorum, uel ſolari luce clarius eluceſcūt, nā apud græcos communiter, omnes libri, litteris ac elementis notantur, methaphyſicorū beta, gāma, delta & zeta, ita, & quæ ſequuntur. Cum igitur in phyſicis uiginti quattuor uolumina poſſimus euoluere, & in moralibus economica doctrina iacturam aperte paſſa ſit, id ipſum nō coniectura, ſe re in methaphiſicis quoq; uidemus, media enim ferè pars uoluminum, per alphabeti enumerationem deficere demoſtratur, ſtultum enī omnino eſt, non ita diuiſam credere, ab Ariſtotele materiam, quam tractare ut ad numerū, quem ſibi incipiens inſtituit, poſſet ſufficere. An poetæ atq; hiſtorici

& quidē in minus ordinatis rebus, ac minus ipſi do/
cti aſſequētur, ut Homerus, ut diximus in utraq; poe
ſi & Herodotus, qui nomina muſarum uoluminibus i/
poſuit. Philoſophus autem omnium excellētiſſimus, lō
ge a cōſtituto ſibi numero aberrabit? minime, minime
inquam. Sed res quoq; ipſe, defectum prædicāt ſuum,
nam & in moralibus economicorū, ſicut dictum eſt,
inſtitutio nulla fermè eſt, quam tamen non multo mino
rem propter uarietatē polliticis fuiſſe arbitror. Et me/
thaphyſicorum quæ extant uolumina, uix & dubita
tionibus quas anteq; ad rē ueniret, mouere opus erat
abſolutis, & terminis declaratis deficiunt, quod in ele
mento, hoc eſt in libro. xii. qui. xiii. in traditione lati/
na (Primum enim elementum, propter coniunctionem
materiæ duplicatur) oculis cernitur. Adhuc. n. in eo
quærit, ſi eſt præter ſenſibiles, ſubſtantia īmobilis atq;
perpetua, non autem ignoramus in duas maxime par/
tes totum id negotium ſibi fuiſſe digeſtum, primum in
quæſtiones, ac dubitationes; deinde in determinatio/
nes, ac ſolutiones, non enim poſſibile erat ſingula ambi
gendo, de ipſis, determinādoq;, ſicut in phyſicis fecit,
ſeorſum abſoluere, ſed de omnibus primum, dubitando
erat dicendum, deinde ſimiliter, quaſi ab alio initio, de
omnibus determinando atq; ſoluendo. Cuius rei cauſa
eſt, quoniam phyſicum negotium ſeparatas partes hēt
minuſq; cōnexas, ut de principiis, de cœlo, de genera
tiōe, & rurſus de materia de & forma, de cauſis, de mo
tu, de uacuo, loco, tēpore, cæteris huiuſmodi, negotiū
uero quod eſt de ente, prout ens eſt, quas habeat ptes

nec facile perſpexeris, recenſere ordine poteris, adeo
confuſum in ſeipſo eſt, atq; perplexum, nec niſi ari/
ſtotelico ingènio, extricabile. Quare quoniam ipſarū
rerum, naturam doctrina ſequitur, de omnibus ſibi pri
mum dubitandum, aliorumq; opiniones dicendæ, de/
inde, ut diximus, ex bene dubitatis, bene determinan
dum atq; ſoluendum erat, id ipſe beta, ideſt ſecūdum
incipiēs librum (nam qui ſecūdus apud latinos eſt, pri
mo, ut diximus, græco annectitur, & alpha minus in
ſcribitur) bipartita totius negotii diuiſione ſtatim oſten/
dit, opus enim eſt inquit, ad eam quam quærimus ſcie
tiam, ut ea percurramus primū, de quibus oportet du/
bitare primum & illico, bene autem dubitare eorū eſt,
qui uolunt inuenire, poſterior nāq; adinuentio, priorū
dubitationum ſolutio eſt, ſoluere autem non eſt poſſibi/
le, ſi nodum ignoraueris, iccirco difficultates præuidiſ
ſe ante omneis oportet, his uerbis liquido pcipitur, me/
liorem methaphyſicorum partem, caſu nobis ereptā eē,
& tamen quot, quātaq; deus bene præſtantiſſima dubi
tando, ueriſſimaq; ſuboſtendit dogmata. Quot funda/
menta determinādæ iecit ueritatis cōfuſius propter du
bitandarum rerum quæſtiones fateor, ſed ſi fortuna ca
ſuſq; nobis obfuit, dolendū certe, ſed gloriæ illius quic
quā detrahendum nō eſt. Dixi latius de elementis, nūc
ſi ea breuius, quæ poſt elementa conſcripta illi ſunt tra
gero, propoſitum proſequar. Quęcunq; igitur de plan
tis, qui liber etiam ereptus nobis eſt, quæcunq; de ani/
malibus ſibi narata excogitataq; fuerunt, non ſunt ele
menta, ſed quaſi ſyllabæ, ex elementis cōpoſitæ. In mo/

ralibus quoq; ſimiliter] magnorum enim moralium co
dex, cuius paruū extat fragmentum, ad Endimionem
quoq;, quaſi ſyllabæ aut dictiones fuerunt. Quare non
dubito, poſt methaphyſicorum etiam elementa, multa
latius de ſingulis partibus, ut de primo ſimpliciter, de
ſpherarum motoribus, de animo ſeparato, multiſq; aliis
ipſum conſcripſiſſe, Nec enim poſſumus dicere familia
ribus impeditum negociis, aut modo præreptum non
potuiſſe cuncta, ſicut inſtituerat, ordine ſuo comple
cti, quippe qui longe ultra elementa proceſſiſſe perſpi
citur, nam ſicut oratio nimium ab elementis litterarum
diſtat, quoniam ſyllabæ atq; dictiones interueniunt,
nec cognoſcere quiſq̄, quæ de oratione ipſa grammati
ci docent, poterit, niſi de ſyllabis ante, dictionibusq;
nonnihil perceperit. Sic ipſe arbitror, nihil ratione ac or
dine de problematibus, nihil de phyſonomia prenoſticis,
quæ longiſſime abſint ab elementis philoſophiæ, dici
poſſe, niſi prius illa fuerint abſoluta, quare qui & pro
blemata, & phyloſogicam diuinationem non neglexit,
prius certe de elementis, & immediate ſequētibus, ut de
plantis atq; animalibus, quantum ad ſpeculationē phy
ſicam, de legibus, & de deterrentibus a uitiis, & impel
lentibus ad uirtutem abſolute conſcripſerat, quorum ne
gotiorum ipſe mentionem facit, nonnumquam. Verum de
his hactenus, de quibus, quaſi egreſſi, plura diximus, q̄
res petebat, quoniā nec inutile duximus, ac ad philoſo
phi gloriam non nihil pertinere putauimus. Nunc ad rē
redeuntes, ad illud reſpondebimus, quod Platonici op
ponunt, ualde ipſum errare putantes, q nihil de crucia
tibus animarum, apud inferos, nihil de campis elyſiis,
hoc eſt, ne poetica figmenta, quaſi platonici referamus,
de ſeparati a corpore, humani animi ſtatu ſcripſerit. Dici
mus igitur ignoranter ipſos, aut inuide atq; moroſe id
obiicere. Nam ſi omnia quæ ſcripſit extarent, aut ſaltem
ſi natura rei, locum inter ipſa quæ extant, ſecundum ordi
nem, quem Ariſtoteles in docendo ſecutus eſt, poſſet ha
bere, alicuius profecto ponderis eſſet hæc reprehenſio
ſua, nunc autem ea res, non poterat recte inter ea quæ re
periuntur collocari, nam aut quis ille ſtatus ſit differen
dum erat, aut quaſi conceſſum iam ſit, aut demonſtra
tum, uel ad deterrendos uiciis homines, perpetuo cru
ciatu, uel ad impellendos, futuræ uitæ premiis ad uirtu
tem ſeruandaſq; leges recipiendum, primum in ultimis
methaphiſicorum uoluminibus erat collocandum, Alte
rum uel in libris magnorum moralium, quos, ut ad uir
tutem hortaretur magis conſcripſit, q̄ ut doceret, ſicut
ex fragmento perſpicuum eſt, nō enim quid ſit amicitia
inueſtigat, nec quot ſint eius ſpecies differit, ſed utilitatē
& commoda, quæ tamē ſequntur, præ oculis ponit, quæ
res exhortantis eſt non docentis, uel in legibus adhiben
dum. Hæc uolumnia cum erepta, caſu ſint atq; conſum
pta, non eſt culpa iniq; ad authorem retorquenda, non
etiam ſi uel morte prereptus, uel quouis modo impedi
tus non ſcripſerit, tunc.n. ſolum culpæ dedecus iure ſu
biret, cū nō ſcripſiſſe, ubi ſcribere debebat, argueretur.
Taceant ergo & gerrones ſe potius eſſe, q̄ philoſophos
aliquando cognoſcant. Ego autem & ſcripſiſſe ipſum,
certior ſum, & rationes, cur in futura uita cruciatus,

uel premia expectanda, omnino ſunt, ex ſundamentis,
colligo ſuis, neceſſario enim id totum concluditur, ſi ani
morum immortalitas conceditur, & eſſe prouidentia,
quia nō aliter q̄ iuſte prouidere poteſt, iuſte uniuerſa in
de gubernantur. Quare ſi animus immortalis eſt, neceſ/
ſe eſt alios cruciari, alios beatæ ſcd̄m uitæ merita uiuere,
de prouidentia quæ mediate, & immediate ſcd̄m ipſum,
uniuerſa gubernat, quoniā plura dicēda ſunt, ad ſequēs
uolumen tranſferatur. Immortales uero animos eſſe,
Ariſtoteles, nō ut Plato ponit, ſed in libris de anima qua
ſi per accidens demonſtrat, non eſt enim magis id phyſi/
ci q̄ methaphyſici, demonſtrationis tamen radices, paſ/
ſim tanguntur, immortalem enim eſſe animum ait, ſi ſe/
parabilis à corpore eſt, ſeparabilem eſſe affirmat, ſi ope/
rōnem habet à corpe ſeparatā. Intelligendi deinde actū
habere organum probat, quoniam quæ uirtutes organi/
cæ ſunt, omnes magnitudine multitudineq; rerum ſibi
obiectarum, defatigantur, intellectus contra, ſolus ma/
gnarum atq; altiſſimarum rerum ſpeculatione corrobo/
ratur magis, atq; in ſubliniora erigitur. Sunt ergo futu
ræ propoſita uitæ, & premia & penæ inextinguibiles,
huic uitæ cōuenientes, niſi forte, quis impoſſibile putet,
incorporeas ſubſtantias atq; ſeparatas à corporeis uirtu
tibus, ſicut á calore uel frigore cruciari, ſed id quoq;,
ariſtotelica inſtituti doctrina negare, nequeunt, nam ſi
ſenſus ſenſibilia, ſine materia recipit, paciturq; tactus nō
calore ipſo, ſed ſpecie, ratione intentioneq; caloris ſpiri
taliter recepto, ſi uiſui non color nec magnitudo ulla, ſed
ratio ac intētio eius abſq; materia imprimitur, cur mi/
rabimur animos etiā elementorum qualitatibus, quibus
hac in uita imbuebant, intentionaliter ac ſpiritaliter, &
abſq; materia receptis, torqueri, ſic.n. non à corpore in/
corporeum, ſed incorporeum ab incorporeo pati cogno/
ſcimus. Verum de his & de ſempiternitate cruciatuum, ſi
otium & uita ſupererit latius in aliis erit dicendum.

Quod longe Ariſtoteles, in morali
phyloſophia doctior eſt Platone

NVnc quoniam perſpicuū feciſſe iam arbitror,
non minus in methaphyſicis, q̄ in aliis Plato/
nē Ariſtoteli cedere, ſi de inſtitutione morali
pauca dicam, huic uolumini modum imponam. Sunt
eni q hoc in genere phyloſophiæ præſtantiſſimum omni
um Platonem fuiſſe prædicant, agimus autem nunc, nō
uter eorum, melior agendo fuerit, (hoc enim in tertium
uolumē, tranſtulimus) ſed uter peritior doctiorq; in mo
rali diſciplina inſtitutioneq; à ſcriptis ſuis, quæ ad nos
peruenerunt, oſtenditur. Nam & ſi finis diſciplinæ hu/
ius non eſt ſcire ſed agere, omnes tamen docendo ad mo
res nos inſtituunt, Plato igitur nihil penitus etiā hac in
re artis aut ſcientiæ redolet, ſed ſicut oratores, aut poe/
tæ nonnulla dicunt, ad uitam utiliſſima, quas rethores
ſolent ſententias appellare, ſic ille ſparſim, nec ordine ul
lo, aliqua non nunq̄ dicit commode, utiliter, grauiter fa
teor, non tamen, etiam ſi omnia ſimul quiſpiam colle ge/
rit, quaſi artem aut doctrinam aliquam conſtituerit, ni/
hil enim diffinit, nihil doctrinæ aut artis patitur, diſtin
guit, docet, quæ ſint pricipia, quæ à principiis, nunq̄
aperit, quis finis, quod offitium nunquam differit, quod

non in moralibus ſolum, ſed multo magis in cæteris quo
q; omnibus uidere licet, Ariſtoteles uero quid dicā, pa/
lam res omnis habetur, mirabiliter enim primum finem,
id eſt bonum extremum, humanæ uitæ inſtituit, eoq;
breuiter, ac abſolute diffinito, mirabilius partibus diffini
tionis explanatis, totam ethicorum doctrinam, (ſic enī
primam moralium partem appellant,) ſub diffinitione
finis complexus, edidit. Politicorum ſimiliter diſciplinā
ſic tractauit, ut plures penè ſint, uel ſententiæ, uel ratio
nes, uel præcepta, q; uerba ſita inquiunt, ſed uirtutem
mediocritatem quandam, non extremitatem eſſe opina/
tur, ut ſtudioſus, uirtutiq; deditus, uitiorum participatio
ne conſumari uideatur, hoc enim multi & Gemiſtus in
libro quem ad laudem Platonis, & Ariſtotelis contem//
ptum, græce conſcripſit, opponere uidetur, ſed non opi/
natur ille, o doctiſſimi homines, nos uirtutem in medio/
critate conſiſtere, ſed pro materiæ qualitate demonſtrat,
& mediocritatem, non extremorum participatiōe ſemp.
ſed negatione plerunq;, & hic accipimus. Virtus enim
non ut fuſcus color ex nigro & albo, ſed ut neutrum ex/
tremorum, in mediocritate collocatur atq; conſiſtit, &
ſicut negare non poſſumus, uirtutem modo quodam, me
diocritatem eſſe, ita, ſi recte fontes ipſius hauſimus, ex/
tremitatem aliquomodo eſſe neceſſario cōcedemus, nam
ſi ratio utrunq; extremorum, ſicut uerbi gratia, timorem
& temeritatem abiecerit, & in mediocritatem pulſis ex/
tremis affectum animi reduxerit, fortitudo certe medio/
critas erit, ſi uero fortitudinis ipſius habitum in culmi/
ne ſuo conſideremus, animumq; ſumma ratione longe
utrunq; contrariorum exterminaſſe incipiamus, extre/
mitas profecto erit hoc pacto fortitudo. Platonici autem
neſcio qua ratione inducti ſunt, ut uirtutem, ſic extre//
mitatem, eſſe uelint, ut uires animi atq; naturæ extre//
morum receptiuas penitus eradicent. quod profecto aut
ſeparatarū ſubſtantiarum, quas intelligentias uocant, &
ipſius dei, aut ſenſu carentium proprium eſt, ita pruden
tes, ingenioſi, doctiq; erant, ut naturam immutari poſſe
doctrina & conſuetudine putarint, nempe uis illa &
natura retinendi, appetendi, dolendi, gaudendi, iraſcēdi
ſemper in humano animo remanet, ſed ratio domat, hos
omnes affectus, & ſibi per aſſuetudinem obtemperare
facit, primum quaſi in agendo, deinde quaſi ſequentes,
poſtremo etiam cum gaudio ad rationis nutum, occurrē
tes, & tunc uirtus domito appetitu, & quaſi materia
formæ, ſic ſe rationi ſubiacente, extremitas uere ac meri/
to poteſt appellari, nam affectus, quos græci pathæ, iu
niores latinorum, paſſiones, uerbum de uerbo, latinum
de græco, referentes dicunt, materia quodam modo ra/
tionis, immo ſimpliciter in agendo ſunt, quos domando
reluctantes, & habenis ſuis retrahendo, calcaribus
impellendo, flagellis caſtigando, ſibi uel inuitos ratio ſu
biicit, & obedientes iam factos, cōtrariis inde reiectis,
ſigillo informat ſuo, ſic affectus ipſi, non minus q; ratio
ipſa, ne magis dicā naturam, ſequūtur ducem inſiti cū
nobis diuinitus ſunt, non ut eradicentur, non enim fru/
ſtra inſiti ſunt, ſed ut ratione domiti atq; formati, uirtu/
tis amore ardeant, & uiciorum odio uehementius, uehe/
mentius inſurgant. Ita qui uiciis formati oberrant, abie

ctis uiciis atq; priuatione uirtutis, exterminata, ut ratio
nis actu, perfectione formaq; recepta, plurimum ad uir
tutem proficimus, ſemper enim ab imperfectioribus, ad
perfectiora, & depriuatione ad actum natura generan
do progreditur, ab actu autem ad potentiam & priua
tionem corrumpendo, regreditur, affectuum uero in uir
tutem formatio, quaſi generatio quædā eſt, hos affectus
ſi funditus euertere atq; in nihilum reducere conaris,
fruſtra laboras, nec enim poſſibile eſt titillationes carnis,
& fomites radicitus extirpare. Hæc cum ita ſe habeāt,
neſcio cur inſenſatio illa Platonis inutilis ſimul atq; im
poſſibilis, a nōnullis laudatur, nam niſi affectu indigna
tionis, doloriſq;, aut amore honeſtatis tuēdæ animus in
ſurgat, adeo ut uel mortem ipſam pro religione, pro pa
tria, ꝓ parētibus, nō exhorreſcat, ſed modo ꝓfuturū ſa
luteq; allaturum iſtis, obitū uideat ſuū, magno aīo eū obe
at, nō uideo qua ratiōe ac uia, res arduas atq; difficiles,
ſuſcipire poterimus. Quas ob res garrire oēs exiſtiman
di ſunt, & ſtolidi potius q̄ mentis cōpotes, qui affectus
a natura, ideſt diuinitus datos, nō leniēdos, domandos,
rationeq; informandos, ſed eradicandos penitus cenſent.
Nō libet plura, de re planiſſima dicere, ſatis iam & de
morali inſtitutione & de cæteris, quæ ad primam perti
nent partem, diſputatum eſt, nam & ſi pauca ex multis
retulimus, tamē quæ dicta ſunt, ſufficere arbitramur, ut
docti ac ingenioſi beneq; inſtituti lectores, intelligant.

## Enumeratio breuis, & de docendi confuſione Platonica.

Tactum

TActum eſt enim ꝙ ad dicendū, præcepta ſcri
pta ſint Ariſtoteli, cū a Platone, nihil editum
omnes fateantur, q̄ magnum diſſerendi acu
men in altero, in altero nulla huius rei peritia inſpicia
tur, ſed cum oratione quieta, eleganti quidem, atq; or
nata, tum communibus omnia locis effutiat, quos quo
tiēs excedit, totiens ad enigmata, ſymbolicumq; ſermo
nem, longe ab omni doctrina remotum, quaſi in tene
bris palpitet, diuertitur. Quantus in phiſicis ordo, do
ctrina, ſplendor, Ariſtoteli eſt? quanta Platoni cōfuſio?
cætera pudet dicere, q̄ ſublimis alter in methaphyſi
cis? alter, depreſſus? quod tamen expreſſius mox in ſe
cūdo, atq; altius inſpicietur, ubi ad ueram theologiā
conferemus, q̄ hebes Plato in mathematicis atq; indo
ctus, raris potius, ut poætice dicam, uocibus, hiſcat, q̄
doceat, q̄ acutus Ariſtoteles, doctus & docendi uia,
ſerieq; inſtructiſſimus, quibus omnibus in unum colle
ctis, non dubitamus, longe preſtantiorem omni Ariſto
telem in erudicione, q̄ Platonem fuiſſe, quid dixi? im
mo autem illum præſtantiſſimum omnium, hunc uolo
dicere, ne quis forte turbatione aliqua me motum, ſic lo
qui, exiſtimet, & non ueritatis cauſa, ſed inter alia il
lud quoq; inter omnes conſtat, præpoſtero Platonem,
ordine docuiſſe. Cum enim dubitaſſet, utrum a princi
piis rerum, ad principiata docendi progreſſus fiat,
exigua mente confuſus, non a manifeſtoribus nobis, ſed
contra, a clarioribus natura, nobis autem abditis atq;
occultis, ad ea quæ nobis patent, proceſſit, id uero ſimi
le eſt, ſi quis grammaticam docens, non ab elementis id

eſt ſingulis litteris per ſylllabas & dictiones ad orationem deducatur, ſed contra, ab oratione docere incipiens, per dictiones & ſyllabas, tandem ad uocis elementa, regrediatur, nam qui ſic docet, aperte oſtēdit, eam ſe penitus rem ignorare, quā docet, magnū enim recte ſciendi ſignū eſt, ſi recte, poſſibile tamen eſt quod à nonnullis dicitur, doctiſſimum quidem in omni genere illum fuiſſe, ſed ariſtotelem docendi ratione ac ordine excelluiße, quod ſi ita ſe res habuit, quamuis, qui rectius docet, rectius ſentire uideatur, magnopere tamen, nobis iniuriatur, qui petit ut eam eruditionem Platoni concedamus, quam ille ſuis ſcriptis aut aſſequi non potuerit, ut nos opinamur, & uere, ut puto, aut noluerit, ut ipſi aſſerere uidentur, quamuis ſuæ laudis cauſa eos exagitatos, longe aliter dicere, ꝗ ſentiant crediderim, quod ipſi de me, ne ſuſpicari quidē merito poſſunt, nullo enim nos pacto, turbatione, niſi communis utilitas, ueritatiſq; gratia, poſſumus affici, nam ſi carent inuidia mortui, nec eis quiſquam mentis compos iraſcitur, ut in rhetoricis Ariſtoteles dicit, quis cauſa ſui, tam priſcis poetriæ uiris, aut iraſci, aut inuidere, præſertim cum nihil in ſe laudis, nihil in ſuos tandem tranſlaturus ſit, mihi uero, ſi genus conſideras, equaliter eſt utrq; coniunctus, ſin doctrinam qualiſcunq; in me ſit, nihil Platoni, Ariſtoteli plurimum debeo, cui non paruam facerem ingratus iniuriam, ſiquam ipſe integrā meretur laudem, eius magnam partem in alium tranſferri tacitus permitterem. Platonicorum quoq; iuniores, aut uerborum ſonis ſolummodo inhyare uideo, aut ſi quid doctrinæ ſcribendo aſſequuntur, totum id ex ariſtotelicis fontibus, haurire, Sed neſcio qua ingratitudine, animiq; prauitate detenti, quæ ab altero acceperunt, in alterum transferunt, puto quia maximarum rerum rationes, docendiq; uiam, Plato non tradidit, ideo Platonem ſequi ſe prædicāt, ut quod ab alio non acceperunt, à ſeipſis peperiße uideantur.

## INCIPIT LIBER SECVNDVS.

### Capitulum primum, & ꝙ in hoc Libro demonſtratur, conuenire Ariſtotelem ueritati catholicæ, Platonem minime.

QVONIAM per ſingula liberalium artium genera, qualis Plato, quantuſq; Ariſtoteles fuerit, ex ſcriptis utriuſq; non omnino expoſitum eſt (infinitum enī id fermè uidebatur.) ſed ex iis quæ memoriæ occurrerunt queq; ſufficere duximus. Sequitur nūc, ut exqſitius uideamus, utrius dogmata, utriusue doctrina ueritati cōuentior eſt, nā is uerus profecto phyloſophus hēri prædicariq; debet, q ueritati magis adheret. Is alienior á philoſophia, qui lōgius à ueritate aberret. Veritas enim naturæ dominatur & inde omnia pendent, & illo tandem quaſi ad finem ultimum reſpiciunt, non enim aliud eſt, ꝗ ipſa rerum cauſa pri

ma, cui ſi philoſophus conſentanea ſentit, naturam re-
rum, quam docere pollicetur, ignorare non poteſt. ueſti
gia enim & ſicut imagines quedam, rebus inſunt,
quæ ab effectibus, ad cauſam mentem philoſophi, tra
ducunt. Præterea ueritas ſapientia eſt, philoſophus, ſa
pientiæ ſtudioſus eſt. Quare ueritatis quoq;. Qui ergo
longe abſit ab ipſa, is uerum philoſophiæ nomen præ-
ſtare non poteſt. ſed ueritas in chriſtiana religione, per
domini noſtri ieſu chriſti & apoſtolorum ſuorum præ-
dicationem, perluxit. Quare qui chriſtianæ pietati ma
gis cõgruit, is mihi philoſophus eruditior atq; uerior,
qui ab hac pietate, ideſt a dogmatibus eccleſiæ, remo
tior ſit, quanto longius abeſt, tanto mendaciorũ autho
ri coniunctior, & à philoſophia eſt alienior, hæc autẽ
quæſtio perardua & difficilis nimium nobis occurrit,
non propter ſolum altiſſimarum rerum abſtruſas, atq;
abditas quæſtiones, uerum & quia non nulli doctores
eccleſiæ, Platoni hanc palmam præbere uidentur, quã
nos Ariſtoteli merito, ut re ipſa praſtabimus, tribuendã
cenſemus, eccleſiæ uero doctores, quos diuina ſcripſiſ-
ſe gratia fatemur, minus uera de aliquo retuliſſe, nõ ui-
detur credendũ. Quid ergo reſpõdebimus? idipſum ui
delicet, quod omnes, ſi ueritatis ſibi cura eſt, falſum eſ
ſe negabunt, doctores eccleſiæ non abſq; gratia de iis
eſſe locutos rebus, quæ ad ſtabiliendam eccleſiam perti
nent, & ad ſalutem neceſſariæ ſunt, de iis uero, quæ,
ſaluti animorum non conferunt, nec efficiunt; ſicut ho-
mines ſolum locutos eſſe. Id re ipſa patet. Nã ſiquemuis
doctorũ eccleſiæ, de quadratura quiſpiam rogaſſet cir

culi, ipſeq; quod ei uideretur reſpondiſſet, ei ne magis,
an Archimedi credẽdum eſſet? non dubito quin Archi
medi omnes dicturi ſunt, ſi ſanctorum patrũ aliquis,
quanta ſit ſolis magnitudo, diſſeruiſſet, ſuis ne rationi
bus, an Erathoſtenis, aut Ptholomæi ſtandum eſſet,
Ptholomæi ego ſolius authoritate in rebus ſimilibus,
q̃ ſanctorum patrum, ſimul omnium frangor. Si ergo
etiam uter peritior, doctior, ueritatiq; affinior, Plato an
Ariſtoteles quæritur, & doctorum eccleſiæ aliqui hũc
aut illum, exiſtiment, non magis in hoc q̃ in ſuperio-
ribus authoritatem eorum impellar ſequi, cur? quia om
nia quæ ab eis per infuſam ſibi gratiam ſcripta ſunt,
in ambiguum uocare nefas eſt, per ſpiritum enim dei
ea locuti ſunt, huiuſmodi autem ſunt quæ ad ſalutem
neceſſaria ſunt. Vtrũ uero cœlum rotundum ſit, utrũ
ſol bipedalis, an maior. Vtrum luna maior ſole an con
tra. Vtrũ Demoſtenes, ſummæ ſit orationi propinquior,
an Cicero, utrum Homerus an Virgilius poeta praſtã
tior, nec patres ſancti, nec etiam unq̃ aliquis determi
nauit, nec determinaturus eſt, non enim ſibi gratia di-
uinitus, ne poſſit errare in ſimilibus rebus, conceſſa
eſt. Quid enim ad ſalutem animorum pertinet, utrum
ſtatim poſt ſolem luna collocetur, uel mercurius atq;
uenus interponatur. An Plato uirtuti uel uicio deditus
fuerit? an Ariſtoteles Platone doctior & uirtute morali
melior? profecto nihil. Quas ob res perſpicuum eſt, ſi
qui doctorum eccleſiæ, ſiue græci, ſiue latini de his re-
bus dixerunt, eos non per infuſam ſibi gratiam, ſed ſi-
cuti homines, qui errare poſſent, locutos fuiſſe, poſſeq;

nos pie aliter de his ſentire, q̄ ipſi ſenſerunt, præſertim cū priſcis temporibus, Ariſtotele, quia tardius in lucē libri ſui peruenerūt, nec ſubintelligi, præter eos quos de moribus ſcripſerat, ante Alexandri commentatoris tempora potuerunt, quem Antonino Romanis imperante floruiſſe conſtat, tum propter altitudinem rerum, quæ percipi poſſe non uidentur, niſi quis omnia uolumina, quæ de ipſis feruntur diligenter uiderit. Ariſtotele igitur his de cauſis parum recte intellecto, Platone autē propter ornatum uerborum, dicendiq́ʒ bombum, omnibus familiari, difficile ipſis fuerit non perperam iudicare, non enim poterāt ei principatum in philoſophia conferre, quem aut ne perlegerunt quidem, aut ſi legerunt, minus integre intellexerunt. Accedit q̄d non authoritatibus, quæ res fallere plerunq́ʒ poteſt, ſed rebus ipſis faciunda hæc eſt nobis collatio.

### Diuiſio huius libri ſecundi, & quod Plato uerbis unum dicit deum, cum re multos colat, Ariſtoteles ad unum cuncta principium refert ſimpliciter primum, nec cæteris connumeratum, & de offitio Traductoris, de omnipotentia dei, de Theologia Platonis, & Ariſtotelis.

HIs itaq́ʒ prælibatis, primum in hoc uolumine oſtendemus, Ariſtotelē, melius rectiuſq́ʒ Platone, de deo ſenſiſſe, deide q̄, Ariſtoteles, trinitatem unius dei ſubintellexit, Plato minime, tertio q̄ à nihilo producta omnia de uoluntate dei Ariſtoteles cē ſuit, Plato contra ex materia prima. Quarto q̄ uere de animo humano Ariſtoteles diſſerit, Plato figmenta poetica retulit. Quinto q̄ dei prouidentia gubernari hæc inferiora credidit Ariſtoteles, neceſſitate oīa compelli Platonici ſomniarunt, ex quibus omnibus, aperte perſpicitur, alieniſſimum à ueritate Platonem, conuenientiſſimum Ariſtotelem, cuius ex ſcriptis plurimum eccleſiæ dogmata iuuantur, quæ à platonicis aperte oppugnantur. Primum igitur omnium platonici authorem ſuum, ad aſtra efferentes, pie ipſum aiunt, ac docte ad unum uniuerſa, retuliſſe deum primum. Nā & ſi multos inquiunt deos, nominet, omnes tamen à primo, ſecundum immediate, alios mediate factos, eſſe opinatur. Ariſtoteles uero nullibi ad primum cuncta reducit, nam primum quod dicit non abſolute primum, ſed motorem primum quia primi mobilis motorem arbitratur, hæc illi cum dicāt, chachinnum mihi, nec dubito quin omnibus ueri ſtudioſis, maximum excitent, philoſophum enim appellant, qui creaturas quaſi deos colebat, qui unum primum uerbo ſolum, ſecundum & tertios & omni no factos, ipſa re adorabat, idq́ʒ fateri non erubeſcūt, multos enim, ut predicant, à primo primum, deinde à ſecundo ac tertio factos Plato credidit deos, & ſi huc uſq́ʒ progreſſus, nihil aliud addidiſſet, quoniā proniores ſemper ad cōciliandū eſſe debemus, putarem id ab eo ſic dictū eſſe, quemadmodū diuinæ quoq́ʒ ſcripturæ, homines, non nunquam dei nomine, uocant. Scribitur enim, ego dixi dii eſtis, preſertim cum

addat factum fuiſſe, a primo ſecundum, & ad huc tertium, & ſic ſerie quadam, alios deos, non unum ab uno ſemper; ſed a primo ſolummodo ſecundum, à ſecundo tertium, & inde plures, ſequitur enim ſi facti fuerint; non re, ſed nomine ſolum, deos eſſe, aut collatione; cum ſicut immortales ad nos mortales cōferantur, philoſopho autem & ueritati, nulla de nominibus, tota de rebus, cura eſt, nunc uero cum eos colat, colendoſq; nobis, ut factores noſtros cenſeat, quid ab illis differt, qui ſerpentes, q boues, qui feles, aliaq; huiuſmodi mōſtra coluerunt. An quia nobiliores ipſe creaturas adorabat, prudentior; ingenioſior; doctiorq; agreſtibus, & brutalibus illis hominibus uidebitur? Omnis creatura equaliter in infinitū diſtat a primo, nec cultus aliū adoratioq; niſi creatori debetur, quod etiā ipſe uidit, ſed ſicut ſecundum deum, à primo factū & ad huc alios putat, ſic nos à coeleſtibus, & deo, coelum, ſolem; lunā, ſicut deos; atq; productores noſtros coli, adorariq;, in ultimo de legibus praecipit, legeq; ſanciēdū iubet, nec differt, ſi non corpora, ſed intelligentias, orbes illos mouentes, intellexiſſe ipſum coeli; lunae, ſoliſq; nominibus contendant, ſtultius enim eſt in corpora, q̄ in intelligētias, dei honorē traducere. Impietas uero eadem, idolorum enim cultus; & adoratio in utriſq; inuenitur, eſt enim idolatria pietatis, ſpei, adorationis, à creatore ī creaturā translatio, o peritum hominē, qui rebus naturalibus, ideſt corporibus, eum cultum, qui deo uero ac primo, ut phyloſophi dicere ſolent, & ipſe exhibet, & caeteris idē facere praecipit. At Ariſtoteles multo rectius, & ita, ut pietati, ſi recte intelligitur, nullo ſe obiiciat pacto, nullum enim apud eum inuenitur uerbum quo quis poſſet animum inducere, nō primā & ſupprmā ſolūmodo cauſam ipſum adoraſſe, inmo aūt cōtra, coeleſtia corpora, non modo non adoranda eſſe, ſed inferiora quodam modo atq; ignobiliora hominibus oſtendiſſe inuenitur. In ſecundo enim de generatione atq; corruptione, iuxta calcem, ubi harum ipſarum rerum cauſas quaerit, quoniam inquit, quod melius eſt, id appetere naturam aſſerimus. tſtq; melius eſſe, q̄ nō eſſe, idq; impoſſibile in omnibus eſſe, quoniam longius ab ipſo principio abſunt, reliquomodo uniuerſum deus adimpleuit, cum generationem fecerit cōtinuā. Primū igitur animaduertendū, quod omnia expetere pricipium primum aſſerit, ſempiternā enim omnia durationē ideo appetunt, ut primo poſſint aſſimilari principio, deinde quae propinquiora ſunt primo, ſempiternae ſingula eſſe ſubſtantiae, nam quae longius ab ipſo abſunt, reliquo modo ſempiterna eſſe ait, duos enim ſempiternitatis modos ponit, alterum ſingularium, alterum ſpetierum, per ſucceſſionem ſingulorū primo modo, propinquiora primo pricipio ſempiterna ſunt, reliquo q̄ lōgius abſunt, generationem enim fecit deus, continuam, ut uniuerſum inquit ad ipleat, ideſt ut uniuerſa, remotiora etiā, modo quo ſuſcipere poſſunt, perpetuitate, donaret, propinquitatem de remotionem, non loco, ſed proprietate quadam, ideſt ſimilitudine atq; ueſtigio & imagine primi, rebus impreſſa, ut ego arbitror, intelligens, nec obſtat q coeleſtia corpora primo modo ſempiterna ſint

humana uero minime, cum tamen eiuſdem penitus, in
quantum corpora ſint rationis, non enim quia corpora
id illa conſecuta ſunt, ſed quia totam ſingula, conuenie
tem ſibi materiam exhauſerunt, quod perſpicuum ſit,
& indiuiduorũ, ut ita dixerim, ſingularitate, hac igi
tur de cauſa, primum principiũ, qui eſt deus, cõtinuam
fecit generationẽ, ut ſaltem reliquo modo qui eſt ſecun
dum ſpeciẽ, quoniã primo impoſſibile erat, ſempiterna
ſint etiã corruptibilia hæc, hunc uero eſſe reliquũ mo-
dum, expoſuit dicens, cũ generationem cõtinuã fecerit,
qua uero rõne generatio continua facta ſit, idipſum eſt
qđ ad rẽ ſtatim ptinet. Quare ipſum diligẽter audiãt,
ſingulaq; uerba eius perpendant. Contrariorũ inquit
cauſæ ſunt, iccirco nec prima ratio generationis noſtre
ſimpliciter ſit, beatitudinem quandam ex generatione
inferiorum continua primo afferre, beatur enim a fine
ſuo unumquodq;, & finis profecto ſic beat, ſicuti finis
eſt, ſed nos finis motuum cœleſtium ſumus. Ergo & mo
toris, ſaltem, p accidens, ergo dei quoq;, omnium quod
abſurdiſſimum eſt, ſed quid ad nos inquiẽt, ſi abſurda,
hæc, ac inconuenientia tuum Ariſtotelem ſequuntur,
non illũ hæc ſequũtur, ſed eos qui dicunt, uel nihil natu
ræ uitio poſſe percipere, uel inuidia torqueri oſtẽdũt,
hõ. n. uerbis ipſe ſuis, ſed fictiõibus platonicorũ ac inui
dorũ ſuorũ falſo ad hæc cõpelli uidetur, nã illi quidẽ,
primum motorem non primũ ſimpliciter, nec primum
ipſum, nec principium primum nominat, platonici ue
ro primum ſimpliciter ſic appellari ab ipſo fingunt, nec
uident primum ſimpliciter hoc principiũ ipſum ac pri
mum abſolute ac ſine additione aliqua, nec eſſe primum
motorẽ, nec dici poſſe, ſi ad cæteras referas, iccirco quo
niam omnia huiuſmodi nomina ipſo primo abſolute di
cta conueniunt, omnia enim ratione ſibi attribuũtur.
Si uero ad cæteros referas, cetæriſq; connumeres, qua
ſi ſimilibus non conueniunt, & ideo abſq; omni addi-
tione ab Ariſtotile proferre ſolent, primum, aut primũ
ipſum, & principium ipſum, ſimiliter principium pri-
mum, & cum prima cauſa deus, dei, ſed non quaſi cũ
aliis connumeratus. Id accidit quia, non eiuſdem ratio
nis poteſtatem habent in primis atq; in aliis, non enim
omnino uniuoce dicuntur de deo, & de creaturis, ſecũ
dum Ariſtotelẽ, nec omnino equiuoce, ſed analogice.
Ideo deus ſicut prima cauſa & primum principiũ, non
connumeratus aliis cauſis, atq; principiis uere dicitur,
ſic primus quoq; motor, non connumeratus aliis motori
bus, uere dici poteſt, ab eo enim omnia ſunt, quæ ſunt,
per eum omnia uiuunt, quæ uiuunt, in eo mouentur
omnia, quæ mouentur. Si autem primum appellaueris,
quod ſecundis & tertiis connumeratur, nullomodo pri-
mitas, ut ſic dicam hæc, deo conuenit, repugnat enim
ſibi ipſi ratio, nam quod ſic primum eſt, non eſt ſimpli-
citer atq; uniuerſaliter primum, ſed in aliquo ordine,
& ad cõnumerata eſt, ergo deus & primus motor ſim
pliciter, atq; omnium abſolute, id enim deus eſt, & ſi-
mul etiam ſi cæteris connumeretur mortalibus, primus
motor eſſet, non abſolute neq; ſimpliciter, ſed in connu
merationis cæterorum ordine, quod impoſſibile peni-
tus eſt, Hæc cũ ita ſe habeant, primũ abſolute atq; ſim

pliciter, & uniuerſaliter nullis aliis cõnumeratum, nullo modo in loco eſt. Audiamus quid ipſe dicit, in primo de cœlo, quare perſpicuũ eſt, quia nec locus, nec uacuum, nec tempus extra eſt. quas ob res, nec in loco ſunt, quæ illic ſunt, nec illius eorum quæ ultra extremam lationem ſunt, ulla mutatio, & ſtatim. Vnde & cæterorum quorundam perfectius, quorundam imperfectius & eſſe & uiuere ipſum dependet. Hæc de primo hic per accidens dicta ſunt, non enim de ipſo ſermo ſibi nunc erat, nec turbetur quiſquam, q. in plurali, quaſi plura ſint prima, ſermo profertur, nõ enĩ ita leuiter moueri debemus, præſertim ĩ re tam apta, quæ tum rationibus ab eo ſumptis demonſtrari poteſt, tum expreſſe de unitate principii multa inueniuntur, ab eo dicta, quid enim mirum eſt, ſi ita dixit, uel quia ſcribentes plerunq;, multa, pro uno accipiunt, uel quia ſolet trita omnium dicendi conſuetudine uti, antequã determinet, uulgo autem ſuis temporibus multos eſſe deos indifferenter dictum, minime neſcimus. Hæc diximus, quaſi nullam habeamus altiorem rationem, quã, quoniam ſecunda quæſtio perſpicuã facit; modo intermittendam duximus. ſed ad rem redeamus, non ſunt in loco inquit quæ illic ſunt, quia non eſt ultra extremam lationem, locus, nec tempus, nec mutatio ulla, nec ut ego exiſtimo, extra cœlum ita deum eſſe arbitrabatur, ut intra cœlum non ſit, ſed nullo ipſum in loco modo eſſe uoluit oſtendere, nam ſi ultra uel extra cœlum, nõ ſit ſed localiter intellexeris, pugnantia dixeris neceſſe eſt, nullo igitur modo primum eſt in loco, atq; corruptionis cauſa eſt, ſed ea quæ per ipſum orbem obliquũ eſt, nam & cõtinuũ & duos motus moueri in ipſo eſt, neceſſe enim eſt, ſi generatio atq; corruptio futura, ſemper continua eſt, aliquid moueri ſemper, ne mutationes iſtę deficiant, duos autem eſſe, ne alterum ſolum eueniat. Continuationis igitur latio totius, accedendi autem ac recedendi obliquatio cauſa eſt, quoniam generatio atq; corruptio contraria ſint, contrarias eſſe inquit cauſas oportet ſuas, ſed motus totius unius atq; ſimplex eſt, non igitur eſt ipſe generationis atq; corruptionis cauſa, ſed ſolum continuationis harum mutationum. Obliquatio autem Zodiaci, per quem ſol & cæteri planetæ parum declinantes à uia ſolis, quæ per medium obliqui circuli ſemper eſt, accedẽdi propius, & recedendi longius cauſa eſt, eſt autem acceſſus ſolis generationis cauſa, receſſus corruptionis, aliorũ uero planetarum, ſecundum rerum conditiones, quaſi enim adiuuãtes cauſæ ſunt. Ideo aſtrologi, aſpectus eorũ ad ſolem unde ſtare, progredi, regredi cognoſcuntur, diligẽter conſiderant. Si ergo continuationis harum mutationum latio maxime totius, qua cæteri quoq; orbes feruntur, cauſa eſt, ipſarum uero mutationũ Zodiaci obliquatio & motus ſolis, atq; planetarum obliqui, neceſſario ſequitur, ut propter generationem atq; corruptionem, continuationemq; ipſarum, facti cœli ſint, inmo autem ad huc modo quodam factos expreſſe prædicat, fecit enim inquit deus generationem continuam, cõtinua uero eſt propter motum totius, ipſa uero generatio fit inqt per accedendi motum, ergo & motum totius & motũ

accedendi atq; recedendi deus propter generationem atq; corruptionem fecit, & ſi motus ipſos, ergo & mobilia, quorũ ſunt ipſi motus, cœli ergo propter has mutationes modo facti ſunt quodam, addam etiam, q̃ motores ipſorum. Nam quomodo propter generationẽ mobile aliquid eſt, eodem profecto modo erit etiam ipſius mobilis motor, & hoc eſt, quod in phyſico dicitur auditu, ſumus enim etiam nos, quodammodo finis, ſimpliciter enim & ultimus omnium finis, prima cauſa eſt, ſed nos quodam inquit modo, nam ſi motus propter generationem ſimiliter, & continuationem ipſius facti ſunt, ergo & mobilia etiã, atq; motores, modo, ut diximus, quodã. Videte igitur, uidete quæſo, quis catholicæ ueritati adhæret. Plato ne qui ad ſcelus ydolatriæ p̃ ipietatem, ac ignorantiam excidit & cœleſtia corpora quaſi deos colit, atq; adorat, cæteroſq; ad id legibus ipellit? An Ariſtoteles, qui propter homines ipſa moueri ſentit, prædicat, demõſtrat? Nam ſi propter generationem & continuationẽ ipſius mouẽtur, propter homines certe mouentur, aperte namq; cætera quæ generãtur, atq; corrumpuntur, hominum gratia ſunt, nec quicquid eorum eſt, quod ad noſtrũ tandem uſum reduci nequeat. Sed altiora his, latere hic uideo, motum enim omnẽ cœleſtium, harum mutationum gratia eſſe aperte dicit. Quare ſimpliciter finis, gratia cuius, hæ ipſæ mutationes motuum cœleſtiũ ſunt, ſi ergo, ut uera pietas, prædicat, terminabitur aliquando generatio, motus quoq; cœleſtium neceſſario ceſſabunt, finis eni cuius gratia, maxima cauſarum eſt, quare ipſo ceſſante, cæteras quoq; id pati neceſſe eſt. Verum generatio, motuum quidã ſimpliciter finalis cauſa eſt, corporum uero cœleſtiũ non ſimpliciter, neq; inquantum corporum, atq; ſubſtantiarum, ſed inquãtum mobilium. Quare homo cœleſtibus etiam corporibus finis eſt, nõ autem ſimpliciter, ſed modo quodã, motorum uero finis, homo eſt, nec ſimpliciter inquantum ſunt, neq; ut motores, ſed per accidẽs, quod apertius paulo poſtea faciemus, nunc illud dicendum, quod & maxime neceſſarium eſt, & aut ignorantiæ crimine, aut calũniæ platonicos arguit omnes, primum motorem inquiunt deum omnium, Ariſtoteles eſſe opinatur. Quomodo igitur, o uiri nos docti, ſanctiq;, motui primi mobilis, continua generatio finis cuius gratia erit ſecundum ipſum, hoc enim admiſſo ſequitur actionem primi, quæ eſt ſemper mouere, cum gratia primus motor quodammodo in loco eſt, primus ergo motor, qui primum mobile mouet, non eſt illud primum, de quo nobis quæſtio eſt, nã & ſi modo corporũ in loco non eſt, nõ eſt tamen in orbe alio, ſed ſolum in primo, in loco enim eſſe, aut ſicuti corpus dicitur, quod extrema continentis ſuperficie ambeatur, aut quia hoc uel ibi & non alibi ſit, qui modus omnibus, præter primam, intelligentiis, neceſſario conuenit. Quare primus quoq; motor, qui primum mobile mouet, ſic certe in loco eſt, nec poteſt dici extra cœlũ, nec ultra primam lationẽ eſſe, cum in ipſo primo mobili ab omnibus & ab Ariſtotele eſſe aſſeratur, primum non ultra primam lationem & extra cœlum eſt, aliud eſt ergo natura primus motor, a primo ſimpliciter, præterea iſti primo, quod uſ

tra extremam lationem, & extra cœlum eſt, nulla pe/
nitus mutatio accidit, quare nec ꝑ ſe, nec per accidẽs,
locali motu mouetur, primus motor in ordine, quãuis
non mouetur per ſe, mouetur tamen per accidens. per
ſe namq; per locum moueri dicitur, quod motu ſuo lo/
cum menſurat in quo mouetur, & ideo motu locali, nõ
niſi corpora per ſe mouentur, per accidens uero moue/
tur, ſi quid incorporeum in corpore mobili eſt, ſed pri/
mus motor, non alibi ꝗ̃ in primo mobili eſt, mouetur er
go ad motum eius, nam quicquid in mobili eſt, ſicuti
eſt ita mouetur. Aut ergo ſicut aĩa in corpore, aut ſi/
cut gubernator in naui, aut quouiſmodo alio, primus
motor in ordine mouetur, non eſt ergo hic primus mo/
tor ipſum primum, ſecundum Ariſtotelem. Ad huc pri/
mum ſimpliciter principium, etiam primum ab ipſo ap
pellatur, ſicut pauloantea dicebat. Quoniam lõgius ab
ipſo principio abſunt, Hoc idem etiam primam Ariſto
telici cauſam uocant, primo uero mobili appropiatum
motorem, nemo principium ipſum id eſt primum, nemo
primã abſolute cauſam appellauit. Collige igitur, quod
ſequitur, accedit, quod & eſſe & uiuere cæterorum or/
bium, cæterorumq; motorum, nemo compos mentis à
motore primi mobilis dixerit dependere, cæterorum ue
ro, ideſt omnium aliorũ ſolo primo excepto, & eſſe &
uiuere ab ipſo primo, ſicut ipſe ait, dependet, ſuperiorũ
quidem perfectius, quoniam perfectiora ſunt, & perfe
ctius uiuunt. Inferiorum autem imperfectius, nõ ergo
primi mobilis primum ſimpliciter eſt, ſecundum Ariſto
telem, etiam ſi platonici dirũpantur. Sed forſan eo quod
ſtatim

ſtatim additur minus intelligentes perturbantur, iſtet
enĩ, atteſtatur autem dictis, ꝙ ita ſe habeant, quia nec
aliud melius eſt, quod mouebit, eſſet enim illud diuini
us, nec malum ullum habet, neq; indigens ullorum bo
norum ſuorum eſt. Ecce dicet quiſpiam, nõ eſſe ait, ali
ud melius quod mouebit, nam ſi eſſet, eſſet aliquid di/
uinius, non eſt autem diuinius ipſo quod mouet. Id enĩ
uerba iſta ſignificãt, ergo primi mobilis motor, diuiniſ
ſimum, ut ſic dicã, ſecũdum ipſum Ariſtotelem, & opti
mum eſt. Quare primum ſimpliciter horum atq; ſimi
lium, facile à ſuperioribus habetur ſolutio, dictum eſt
enim, ꝙ primum, ſi ad aliquem ordinem redigitur,
naturam coordinatorum ſapit, atq; ideo nullo pacto
de primo ſimpliciter dici poteſt, ſin uero abſolute ita di
citur ut nullo modo alii connumeretur, atq; coordi/
netur, ſic de deo uero ſolum dicitur. Iccirco materiam
& formam prima principia dicimus, cæteris principi/
is naturalium rerum connumerantes, nec prima ſolum,
ſed ſimpliciter, etiam prima rerum naturalium princi/
pia, materia & forma recte dicuntur. Nam cum ſimpli
citer, uniuerſaliter, atq; per ſe ſignificet, ſi materiam &
formam prima principia ſimpliciter dixeris, nec aliud
addideris, uehemẽter erraueris, dei ueri poteſtatẽ, ma
teriæ, atq; formæ attribuens, ſin autem rerum natura/
liũ addideris, recte dixeris, uniuerſaliter enim atq; ꝑ
ſe, rerum naturalium omnium materia & forma, prima
principia ſunt, deus autem primum principium, non
naturalium ſolum rerum, ſed omnium eſt, quapropter
nec connumeratur aliis, nec primum relatione ad ſecũ

dū dicitur, ſed abſolute primū. Similiter elemēta quat-
tuor, nonnulli prima corporum elementatorum appel-
lant principia prima, prima uero principia ſine addi-
tiōe ulla non dicunt, & litteras elementa, primaſq; prin-
cipia uocamus, & recte, ſi ſtatim attulerimus, uocis ar-
ticulatæ. Quas ob res perſpicuum eſt, primū pricipium
non cōnumeratum, neq; coordinatum, ſed abſolute ſim-
pliciter, uniuerſaliterq;, abſq; additione aliqua, ideſt in
ordine aliquarum rerum, ſed omnium rerum, deum be-
nedictum eſſe. Ipſe quoq; ſimiliter & prima cauſa, &
primus motor non connumeratus, neq; in ordinem ali-
quem redactus, uere ſolus, & eſt, & dicitur, quid igi-
tur, quid igitur eſt, quo turbantur? quæ repugnantia?
Quæ contradictionis uel minima ſuſpitio? Ego enim
contra mirum inmodum, omnia inter ſe cōuenire qua-
drareq; uideo. Nam cum dixiſſet, nullo pacto eſſe in lo-
co, id primum de quo nunc agimus, & eſſe ultra primā
lationem, & extra cœlum, nec ullam ei mutationem ac-
cedere, eſſeq; cæterorum oīum, præterq; ſui ipſius, cau-
ſam primam, unde omnium & eſſe & uiuere depen-
det, quorum ſingula, non motori primi mobilis, ſed mo-
tori primo ſimpliciter cōueniunt, ſimul autem capta, ip-
ſius ueri dei, ego deſcriptionem, & diffinitionem quan-
dā, quātum homines capere poſſumus, appellarim, ſta-
tim intulit argumento, ac teſtimonio illud eſſe, q; non
eſt aliud melius quod mouebit, quibus uerbis ſupiora,
quaſi teſtimonio quodam, confirmantur, ut ipſe ait, Su-
periora uero, non de motore, qui quaſi affixus, in pri-
mo mobili ſit, non de motore, qui ſic alicubi ſit, ut ali-

bi non ſit, nón de motore, cui aliquo modo motus, &
mutatio accidit, non de motore à quo non dependet, &
eſſe & uiuere omnium, ſed de motore dicebantur, qui
ultra lationem primam & extra cœlum eſt, qui nullo
modo in loco eſt, non eſt eni ita hic, ut nō ibi, ſed ubiq;
ſimiliter, quia nulla mutatio poteſt accidere, à quo & eſ-
ſe & uiuere omnium dependet, quibus omnibus illud
atteſtatur inquit, q; non eſt aliud, quod mouebit, ideſt
primum mouens, non alicuius mobilis, ſed unde om-
nia ſimpliciter, & ſunt, & uiuunt, & mouentur. Iſtud
quod diximus, & quaſi deſcripſimus, & definiuimus
eſt, non aliud. Nam ſi aliud erit, melius atq; diuinius,
ſed nihil poteſt eſſe melius, atq; diuinius illo, cui condi-
ciones iſtæ congruunt. Ipſum igitur optimum, ac diui-
niſſimum eſt, non motor primi mobilis, conditiones eni
dictæ, minime illi conueniunt. Videtis congruentiam
inter ſe ſingulorum, & omniū ſimul? Videtis quomo-
do in his ſumme congruit catholicæ ueritati? multi. n.
patres deum, humanis uerbis quaſi deſcribentes, deū
dicūt eſſe, quo nihil melius, atq; diuinius eſt. Id ipſum
Ariſtoteles, & eiſdem uerbis dicit, quæ uos aliena a
ſuperioribus ex ignorantia putatis uerum, quamuis ſa-
tis, ut arbitror, per iſta patet, primum principium, pri-
mam cauſam, primumq; motorem. Sed aliū longe quē
nos uerum deum dicimus, tamen, quoniam facilis pro-
pter ambiguitatem, lapſus eſt, operepreciū erit, adhuc
hac in re commorari, nam ſic omnis poterit ambigui-
tas remoueri, ſi qua obſtaret, quoniam ad unum con-
fundi uidemur, diſtincta, & quidem uerbis ipſius eſſe

aperiamus. In duodecimo igitur methaphyſicorum, hæc debentur. Quare medium ēt quiddam eſt, quod non motum mouet, & eſſentia & uirtute perpetuum, ſic autem mouet expetibile atq; intelligibile, & ſubnectit, mouet autem, ſicut amatum, & infert, ab huiuſmodi ergo & cœlum & natura principio pendet. Item, ſeipſum autem intellectus, intelligit, quare intellectus & intelligibile idem, præterea uita etiam eſt, ipſius enim inquit, intellectus actio uita eſt, actus uero illud eſt, actio autem illius cū per ſeipſum ſit, uita optima æternaq; eſt, Deum uero eſſe aſſerimus, quod uiuit, & æternum atq; optimum eſt, quare uita & æternitas, tota ſimul & ſemper exiſtens in deo eſt, hoc enim ipſum deus eſt, hæc ille. Nos autem dicimus, immobile quiddā eſſe quod moueat, cuius & eſſe & uirtus perpetua ſit omnibus, modo quodam cæleſtium orbium conuenire motoribus, quos uniuerſos eſſe intellectui eſt, qui ſpecies rerum, omnibus tandē, materiæ conditionibus abiectis, depuratas, ideſt ſinceras, ac ſolas intelligit, & hoc modo intellectus intelligibilia eſt, non enim prius quicquam intelligit, q̄ȝ in ſimilitudinem ſuam, adduxit, uerum id non de intellectu qui eſt ſubſtantia, ſed de intellectu qui eſt uis & qualitas quedam accipiendum eſt, quod diſtinctius in quarta huius uoluminis parte enodabimus. Si ergo commune omni, ſecundum ipſum, intellectui eſt, ut ſeipſum, aut intelligere poſſit, aut ſemper intelligat, non mouebunt orbium motores, intelligendo & expetendo ſeipſos; nam cum numeroſi ſint, quo modo aut qua uia & ratione primum ſimplicitur pricipium & cœlum & ipſa natura dependet, ut ait, ab ipſis diſtinguemus, nam ſi expetendo & intelligendo ſeipſos mouent, neceſſe erit, ut uel nolentes concedant Platonici equaliter ac ſemper ſeipſos à ſeipſis intelligi, id uero nulli q̄ȝ primo ſimpliciter ineſt, cuius & æternitas tota ſimul eſt, & nullius incrementum ei accidere poteſt, præterea ſi cœlum ipſum, ideſt primus orbis à primo dependet principio, & motor ei appropiatus, inde certe dependebitꝰ, nam ſi non dependebit ipſe quoq; à primo principio, ſed ipſe, huiuſmodi principium eſt, quamq̄ȝ nullo id pacto, Ariſtoteles ſentiat, tamen ne contentioſi, uideamur dabimus, ſi ita quiſpiam uelit hoc falſum, Ariſtotelem ita ſenſiſſe, ſed nihil hinc aduerſus catholicam ueritatem, dummodo non approprietur mobili primo, reſultabit, nec propter hoc conſequenter quod uolunt fidei chriſtianæ, ideſt ipſi ueritati rerum, accomodatiorem, eſſe Platonem, primum enim principium (qui eſt deus benedictus) ſicut orbis, alicui non appropriare, ſed omnibus equaliter præficere pium, ita uni appropriare, ac in numero cæterorum motorū, impellere, omnino impium, ac rationis expers, ipſiq; Ariſtoteli repugnans, nam quod alicui orbi appropriatur, non eſt principium primum unde omnia dependent, & ſi hoc eſt, illud eſſe non poteſt. ſed hoc eſt ſecūdū ipſum, omnia enim depēdent ab ipſo, ipſum uero, extra omnia eſt, quod dictū ab eo ſupra poſuimus. Quare primi quoq; mobilis motor, ſi appropriatus ponitur, cum extra omnia non ſit, nec ultra primam lationem dependet à prima cauſa ne

ceſſario, ſed omnis intellectus dependens, id expetit unde depēdet, expetere uero non poteſt, niſi intelligat, ergo primi quoq; mobilis, motor appropriatus, & multo magis cæteri ſuam & omnium cauſam, intelligendo ac expetendo orbes mouent ſuos, quod autem omnia ſuā primam cauſam expetant, & ſupra tetigimus, & in ſequentibus latius exponemus, cauſa enim prima & ultimus finis, in idem concurrunt, adde quod ipſe in hoc. xi. methaphyſicorum. Accedit inquit præter hæc ſicut primum omnium mouens omnia, quod certe primi mobilis motori accommodari non poteſt, unum enim motum, atq; continuum ſolummodo mouet, qui eſt, ab ortu, ad occaſum, præter quē, ab occaſu ad ortum, multi diuerſiq; ſunt, uelocitate ac tarditate, inter ſe maxime differentes, quos non primi mobilis motor, ſed alii orbibus illis accomodati mouent. Iam cum & mobilia & motus & tempora motuum diuerſa ſint, motores quoq; diuerſos eſſe, ſecundum ipſum, neceſſe eſt, unde & diximus à numero mobilium, diuerſitateq; motuū, motorum cenſet numerum eſſe quærendum. Quare ſi primum omnium omnia mouet, & primi mobilis motor, non mouet omnia, non eſt ipſe omnium primum, & ſi eſt omnium primum, & mouet omnia, non eſt primo mobili appropriatus. Aliter motor cui proprium eſt ab ortu ad occaſum mouere, cōtra quoq;, ab occaſu ad ortum, & mobilia diuerſa, & diuerſos, tū uelocitate, tū tarditate motus mouebit, quod & īpoſſibile ē & aduerſus Ariſtotelem, qui numerum motorum, à mobilium & motuum numero demonſtrari poſſe arbitratur, Adhuc primum ipſum, ſiue actionem eius, (idem enim hæc in primo ſunt (uitam eſſe ait, & uitam optimam atq; æternā, quod primo ſoli & nulli appropriato motori conuenit, nam primum quidem ipſum uita eſt, ſed non participatiōe nec gratia. Nam ſi aliud ſit uita eius & aliud eſſentia eſſeq; ipſius, non erit ipſum uita, ſed habebit uitam, & erit participatione uiuēs. Quare nō erit ipſum primum, ſed illud à quo dependet, ſed erat primū (ſic enim poſuimus) uita ergo erit eſſentialiter, primi autem mobilis motor, non eſt ipſe uita, ſed ab eo & uita eius, & eſſe, dependet, quod extra cœlum, & ultra primam lationem eſt, non eſt igitur ipſe uita ſed habet uitam, id inde quoq; patet, q; uita, ut ipſe ait, ſimul & ſemper exiſtens, in deo eſt, non eſt ergo deus primi mobilis motor appropiatus, non eſt enim tota ſimul æternitas ſua, in ipſo appropriato, tempus enim menſura motus eſt, & eſt īfinitū quidē, q̄a terminū nō habet, ſed ſemper aliud præteriit, aliud futurum eſt. totum uero ſimul, nequaquam, immo ne pars quidē eius minima, tota ſimul eſſe poteſt, cum ſemper influxu ſit, nec totum fluat ſimul, ſicuti aquarum riuuli, ſed ſola præteriti futuriq; diuiſio inſtar puncti, habent autem ſe motus primi mobilis, & tempus proportionaliter. Alterum enim ab altero menſuratur, ſicut in quarto auditus phyſici libro, dicitur. Quare motor quoq; ipſi mobili appropiatus, non habebit totam ſimul ſuam æternitatem, nec totum tempus cōtinebit æternitas ſua, ſed ab æternitate, primi omnium, unde ipſe quoq; dependet, continebitur. Subſtantias enim ab

operationibus, nec aliunde in hac uita, cognoſcimus,
Ex iſtis omnibus, quaſi deſcriptionem dicit, deus enim eſt inquit, ut aſſerimus, quod uiuit & æternũ atq; optimũ eſt, id eſt, quod ipſum uita eſt, optima, æterna ac tota ſimul, quorum nihil appropriato alicui motori conſentaneum eſt, nec uita ipſa eſt, nec ipſum optimum, nec æternum, id eſt totum ſimul & ſemper exiſtẽs, nec cauſa oĩum eſſe poteſt, quicquid aliunde dependet, multo minus igitur tota ſimul deſcriptio, alicui quod depẽdeat, congruere poterit. Verum ne quis miretur, quod aliter nos duo hic nomina poſiumus, q̃ interpretatores priſci, & hinc forſan in ſenſus diuerſos rapiatur, exponẽda, breuiter ratio eſt, quæ interpretantibus nõ erit inutilis, ubi enĩ deum nos eſſe interpretamur, quod uiuit & æternum atq; optimum eſt, ibi apud alios, uerba nõ rebus accommodantes, ſed de uno ſenſu, ad alium traducentes, ſic ſcribi uideo, deum enim eſſe dicimus, animal perpetuum optimum, quod longe abeſt, tum ab Ariſtotelis mente, tum à poteſtate uerborum, exquiſita; ideſt rebus accõmodata, nam cum dixiſſet, uitam eſſe optimam, æternamq; actionem dei, ſtatim deſcriptionẽ intulit, & eiſdem eam uerbis complexus eſt. Qui autẽ animal traduxerunt, nec ui rerum, nec poteſtate uerborum conſiderata, cõſuetudine quadam loquendi latine decepti, longe à ueritate præcipitati ſunt; animal enim latine, nunquam de deo, nunquam de intelligentiis dictum eſt, ſed nec dici poteſt, niſi ab iis qui deum ex corpore, atq; anima conſtare credunt, id enim latine animal eſt, quod græci non ab anima, ſed ab anima, deflexo nomine dicunt, ac ideo recte uim rerum ſciens Ariſtoteles, quia uitam optimam & æternam, re ipſa ideſt actu eſſentiaq; in deo etiam affirmauit, ſtatim intulit deum eſſe, non animal quod ex corpore & anima compoſitum eſt, ſed Zoum. Zoe nanq;, uita latine dicitur. Zoum igitur hic non animal. ſed aut uiuens, aut huiuſmodi, aliquid deriuatum, à uita dicendum intelligẽti eſt. Vbi autem diximus, quare uita & æternitas tota ſimul & ſemper exiſtens, ibi uita & æternitas cõtinua, & perpetua ſcribitur, ab aliis peſſime, ut ego arbitror, & à mẽte phyloſophi alienius q̃ dici, p̃t, ſynethes enĩ græce ſcribitur, ſynetheſte uero nihil aliud ẽ q̃ ſimul habere. Quare ſyneches, propriæ dicitur quod ſimul totũ eſt, ideo ſi de re dicitur, quæ p partes extenditur, continuum latine recte, pro eo ponitur. Continuum enim eſt, cuius partes communi termino continentur, & ſic modo quodam habentur, ſimul enim tempore, partes continuæ copulateq; ſunt, poſitione autẽ, nõ ſimul, ſed altera poſt alterã, ſin uero de re dicitur, quæ partes aliã extra aliã nõ habet, ſicut hic magnæ ignorãtiæ ſignũ eſt, aliter interpretari q̃ totum, ſimul hæc enĩ uerba cõmuniter, quidem tempus, proprie uero etiam poſitionẽ abiiciunt. Icciroo etiam, aidos quod ab ai, hoc eſt ſemper deflectitur, hic nõ eſt ſempiterna uel perpetua, ſiuxum enim iſta ſignificant, ſed ſemper exiſtens, his paucis patet quanti laboris & ſcientiæ, addam ingenii atq; prudentie ſit, recte traducendi officium, nã & utriuſq; linguæ ſupremam peritiam & rerum uim atq; naturam, apprime teneat bonus interpres, neceſſe eſt,

Multiplices nanq́; aut uariæ ſunt poteſtates uerborũ, & diuerſus apud alios, atq́; alios uſus, quorum utrunq́; callere debet ratione interpretaturus, & ad hunc rerum uim, integre atq́; abſolute, aliter nunquam accõmodate, nunquã idem, ſed aliud ſemper, pro alio redditurus, eſt, cuius rei aidos, de quo nunc dicebamus teſtimonio eſt, id enim cum græco medium uſu ita ſit, ut & rebus fluentibus quale tempus, & motus eſt & ſtãtibus ſemper abſq́; aliquo motu, uel fluxu accommodetur, non ut forte contingit latine, ſed influentibus rebus perpetuitas, inſtantibus, æternitas dicẽda eſt. Itẽ ſi græcum uerbum, etiam in ſermonem uoluero latinũ referre, non ſtatim quaſi amens cauſam. Verbi gratia, dicam. ſed rem conſiderabo; & aut principium & originem, aut cauſam, prout res poſtulat, referã. Id ergo accidit, ꝙ non ſunt eædem in diuerſis linguis equiuocationes, ſed aliæ, atq́; diuerſe, non enim natura ſed inſtituto, atq́; cõſuetudine colliguntur, in de fit ut uni uerbo triplicem habenti (uerbi gratia) poteſtatem, non unũ in alia lingua, ſed tria plerunq́; uocabula reſpõdeant, ſicuti latine, cauſa, non de origine atq́; principio, ſed contractius dicitur, græce autem latius de origine quoq́; atq́; principio, præterea latini rethores, cauſam dicunt implicitam circumſtantiis quæſtionem, cui rei non cauſæ, ſed ſuppoſitiõis uocabulum lõge aliud græce inditũ eſt. Ex quibus, oĩbus illđ patet, unũ & idẽ uerbum diuerſis rebus accommodatum, non in hoc ipſo libro ex mobilium orbiũ numero demõſtrari poſſe uult, ſed de orbium numero ſubdubitare uidetur, ſi ergo motores omnes qui nemeroſi ſunt, immobilitate perpetuitateq́; conueniunt, qua ratione primum ſimpliciter ſub illis diſtinguemus, primum uidelicet qua perpetuitas in appropriatis motoribus eſt, eternitas in deo, quod quale ſit, & hic & alibi dilucidius fit, deinde quia primũ immobile ſimpliciter eſt, principium enim inquit, & entium omnium, primum immobile eſt, & per ſe & ꝑ accidens, ſic enim in. xi. methaphyſicorum libro ſcribitur, motores uero motu locali per ſe, non per accidẽs, immobiles ſunt. Aliter autem etiam per ſe mobiles, nam quicquid potentiæ annexum eſt, motui etiã cuidam ſubiicitur, nã qualiſcunq́; potentia eſt, talis eſſe motus diſcernitur, cum enĩ motus ſit exitus de potentia in actũ, proportionabiliter hæc inter ſe quodammodo ſunt. Idcirco, ſicut ſi qualitas in actum prodit, motus alteratio eſt, ſi quantitas, incrementum. Ita ſi rationabile aliquid ex ratione abſtruſa iſitaq; & in ſubiecto ſibi proportionali, penitus recondita elucet, non momento temporis, neq́; in ipſo nunc, ſed in tempore, quo quomodo in actũ euocata, motus quidem rei proportionatus ſit, qui & ſi nomine caret, fieri tamẽ, mente colligitur. Sed motores ex actu & potentia conſtant, quod de animo tractaturi apertius faciemus, nunc ſufficit, quod intelligunt, & uolunt nec intelligere, ac uelle ſuũ ſimul totum, non ſunt igitur omnino immobiles, ubi autem motus quidam eſt, ibi uera immortalitas, quæ eſt firma ſtabiliſq́; immutatio, in eodem ſemper habitu permanens eſſe non poteſt. Vnde ſecundum Ariſtotelem, quoq́; prima cauſa ſola, immortalitatem habet. Ad hæc ipſe bre

nitur, expreſſeq; dicta, ſic autem mouet inquit expeti/
bile atq; intelligibile. Ne autem quiſpiam ſimilitudi/
nem eſſe hanc credat, qua oſtendat poſſe aliquid non
motum moueri, quod animal omne, a nõ motis exterio
ribus, expetendo mouetur, ſubdit, mouet autem ſicut
amatum, ut hinc uidere liquido poſſimus motores qui/
dem motum omnes immortales, per ſe, quia incorpo/
rei, & perpetuos eſſe, mouere autem intelligẽdo, & ex
petendo, primum uero ſimpliciter, quia nulli orbi at/
tribuitur, ſed eſt extra cœlum, & ultra omnem lationẽ
non intelligendo, nec expetendo actiue, ſed in eo ipſo
quod intelligitur & expetitur, p̄ attributos globis mo/
tores mouet, nõ enim poſſumus omnibus, id motoribus
accomodare. Vnum enim eſſe principium rerum omni
um, ab omnibus ſeparatum, nec in loco ullo pacto eſſe,
nec in tempore, aperte ipſum prædicare oſtẽdimus.. In
exitu etiam iſtius. xii. ait, non eſt bonum multorũ princi
patus, unus ſit princeps. Quare neceſſe eſt dicere, ſi pu
gnantia uolumus effugere, ut debemus; primum quidẽ
ipſum dupliciter mouere, primum immediate, quia ita
uult, de quo latius alias, deinde per motores, ſicut ama
tum; id eſt expetitum. Hoc uero eſſe non poteſt niſi intel
ligatur, motores autem orbibus appropiatos, ex hoc eti
am ipſo, quod appropiati ſint, non intelligendo, aut ex
petendo ſeipſos, ſed primum perpetuo motu mouere. Si
quis uero, quoniam intelligentiæ ſunt, mouere conten
dat, non intelligendo expetendoq; primum ipſum, ſed
ſeipſas, idq; uerbis ipſius confirmare conetur, quoniam
ſeipſum intellectus intelligit, & intellectus, ac intelli/

gibile, idem eſt, uehementer errat. Nam id quidẽ for
ſan, de numero communium omni compoſito agentiq; nõ
idem, ſed diuerſa, pro natura & ui rerum repreſentare,
ſicut enim diuerſe rationales naturæ, eandem penitus
rem, non eodem modo, ſed diuerſis pro ſtatu ſuo percipi
unt, ita diuerſitas rerum idem omnino uerbum, in di/
uerſas, ſecundum ipſarum cõditionem poteſtates rapit.
Hæc de interpretandi offitio perſtrinxiſſe non fuit alie
num, nunc ad rem redeamus. Ita inquiunt. Sed poſt il/
la, quæ abſte a. xii. methaphyſicorum collecta ſunt, ſic
ſcriptum Ariſtoteles, ipſe reliquit; principium enim &
entium primum, & per ſe, & per accidẽs immobile eſt,
mouet autem primum & perpetuum, & unũ motum.
Hæc de primo ſimpliciter dicta ſibi eẽ nemo negabit.
Illud enim ſolum, & per ſe, & per accidens, eſſe immo
bile, tu iam declaraſti, & Ariſtotelem ſic ſenſiſſe appro
baſti; & profecto quicquid hic non, alibi nõ, cum inde
terminato loco deſcribatur, nõ poteſt omnino eſſe immo
bile, ſed aut ipſum locum mutabit, aut motione loci mo
uebitur. Ad huc illud principium abſolute abſq; muta
tione aliqua dicitur, illud etiam primum entium eſſe aſ
ſeritur. Hæc & ſingula ſeorſum, & omnia ſimul non ni
ſi deo uero conſentanea ſunt, ſed perpende reliqua, mo/
uet autem primum inquit & perpetuum, & unum mo
tum, hic iam manifeſta impietas eſt, & opinio longe a
ueritate remota; nam ſi primum & unum motum mo/
uet deus, apropriatus, ſicut etiã alii motores, uni mobi/
li eſt, nec differt a cæteris, niſi eo q̄, maiorem mouẽt
orbem. Vnde contradictio quoq; ſequitur, non erit enĩ

unus princeps, & unus deus uerius & unum principiũ, ſed tot, quot motores ſunt, plures autem ipſe ponit, & erũt omnes equales, penè dignitate, uiribuſq;. Quare natura etiam, atq; ſubſtantia tantum inter ſe differẽtes, quantum mobilia inter ſe diſtant, nam ab operationibus, de ſubſtantiis continuis, nec aliter in hac uita cognoſcere ipſas poſſumus, & tu quoq; iam tetigiſti, non erũt hi motores natura diuerſi, ſed unius omnes, cũ primo naturæ, orbes enim omnes unius naturæ facit Ariſtoteles, quam quintum, ut noſti, corpus appellat, quare motores quoq; unius ac eiuſdem erunt naturæ, Multi ergo ſunt dii primi & equales natura, ſecundum ariſtotelicos, quæ poſitio longe magis impia ꝙ platonica eſt, nam & ſimilitudinem deorũ Plato introducit, gradus inde facit, & ſecundos à tertiis, & tertios à ſequẽtibus, & omnes à primo longe natura differre aſſerit. Itaq; illud pium dogma reduci uidetur, quo deum uerum eccleſia unum predicat participatione, de gratia multos. Recte igitur doctior Ariſtotele Plato, ꝙ ueritati magis ꝙ ille conueniat. Hæc & ſimilia hoc ex loco aduerſus Ariſtotelem dici poſſunt, ſed ꝙ ego nullũ teneã locum magis ambiguum, tamen hic quoq; aperiſſime pro Ariſtotelicis facere mihi uidetur, aut eni ſibi ipſi contradicit, aut ſi non contradicit, recte ipſum diximus nolle, primi mobilis appropriatum motorẽ. deum eſſe uerum, quod multis probatum nobis iam eſt, in hoc autem loco non negamus, de primo principio uerba ſibi fieri, quod uero additur primum & perpetuum & unum motum ab ipſo moueri, non eſt intelligẽdum;

ꝙ hunc unum motum, ſolummodo moueat, iam enim paulo ſuperius, dixit, primum omnium, ꝙ omnia mouet; ſed mouet inquit, primum motum, & perpetuum & unum, id eſt mouet primum motum; qui eſt perpetuus & unus| quod dixit; quia cæteri motus non ita perpetui, hoceſt, equaliter cõtinui ſunt, neq; unitatem illam habent, quæ in continuatione conſideratur, ſtationes enim & progreſſus, atq; regreſſus erraticarum, uidemus ſtellarum, quæ omnia quamuis ad continuos equales ecctricorum, & epiciclorum, motus tarditate, atq; uelocitate diuerſi, ad equalitatem tandem, per cõpoſitionem, aut ſubtractionem compelluntur; non habent tamen eam unitatem, quam primus eſt aſſecutus| unũ enim primum motum, hoc eſt ſolum, moueri à primo principio abſurdum, & in ſe ipſum concidit, primum enim, omnium entium primum eſt, ut & ratio cogit & ipſe ait. Inde igitur omnia, ſiue autem inmediate moueat, ſiue mediate, dum expetitur, nihil ad rẽ, de qua in præſentiarũ agitur. Impleat igitur ratio, ſi unũ motum, ideſt ſolum primum moueri à primo dixeris principio, nec certe uerborum compoſitio id, ſed quod nos dicimus oſtendit, mouet enim inquit primũ & perpetuum, & unum motum, ideſt equalem, uniformem, & non uanum, atq; multiplicem. Hoc multo apertius in græco, iccirco eſt, quia motus uocabulum fœmineo genere profertur, ut ſi ſic dixeris, mouet autem primã & perpetuam & unam motionem, ideſt, ut diximus, motum, qui unus equaliter, continuitateq; eſt. Quare cætera quoq; omnia inde moueri, hæc non excludit,

īnimo cōſirmat ratio, primum enim entium eſt, inquit, ergo ab eo dependent omnia & ſecundum eße, & ſe/
cūdum uiuere. Quare motus quoq; omnium inde de/
pendet. Primum enim omnium, omnia mouet, ut pau/
lo ante ab eo dictum retulimus. Quas ob res, nec con/
tradictionem ullam habet oratio, & recte intellecta,
oſtendit ueritati Ariſtotelem ad unguem quadrare, nā
& unum motum uniformem, equalemq;, non unicum
& ſolum appellauit, & eum primū & equalem ab ip/
ſo deo moueri aſſeruerit, cæteros quoq; inde agitari
neceſſario affirmauit, tum quia quod continet, id motu
ſuo contenta omnia mouet, tum quia inequalitas cæte/
rorum motuum, ad equalitatem primi reducitur. Qua
re cum primum & uniformem dixerit, contentos quo/
q; ſub primo intelligere neceſſe eſt, quos omnes deus
mouet, una, ſimpliciq; uolūtate, qua uniuerſa, & ſunt,
& uiuunt, ſingulos uero motus, etiam per motores mo
uet, ſed ſicut amatum atq; expetitum. Quas ob res
perſpicuum illud etiam eſt, appropriatorum motorum
omnium, finem eſſe hominem, motum enim, generatio
nis gratia eſſe, demonſtratum eſt, qui cōtinuus, quo ge
neratio continua ſit. Quare motores propter generatio
nem, imperpetuum mouent, prætrea motores non
aliter mouent, q̄ expetentes, primum autem quod expe
tunt, cœlorum motum propter generationem fecit, ut
ipſe ait, generatio porro ipſa, uel hominum, uel popter
homines eſt. Colligitur ergo, motores, quoq; hominis
gratia eſſe, per ſe quidem ut motores, nec enim alteri/
us gratia q̄; generationis per ſe motus eſt, per accidens



uero non inquantum motores, ſed inquantum intellige
tie atq; ſubſtantie ſunt. Platonici autem, quantum ueri/
tati conueniant inde intelligent, ſi uenient in mentem
ſibi non dici participatione ac gratia deos, à Platone ſe/
cundos, & tertios, alioſq;, quos fingit, ſed uere deos, ſo/
li enim uero deo latriæ cultus debetur, cultus uero la/
triæ nulla re magis q̄; ſacrificio conſiſtit. Plato autem
innumeris diis ſuis & ſpetie ſacrificabat, & cæteros id
facere legibus ſuis hortatur, conſulit, cogit. Quare qui
eum impium, & animo arbitratur, & ligua prædicat,
is mihi chriſtianus eſt, qui ut pium defendit, is chriſtia
næ religioni hoſtis acerrimus eſſe, & nunc cōuincitur,
& in poſterum cognoſcetur. Ex his omnibus patet, pri
mum quidem pricipium ſimpliciter ex nullo, ſecundū
Ariſtotelem, dependere, cætera uero uniuerſa inde de/
pendere, & ſecundum eſſe, & ſecundum uiuere, & il/
lud quidem nullo modo eſſe in loco, nec ullo pacto mo
ueri, & ſicut æternitas ſua tota eſt ſimul, ita & uirtu/
tem ſuam, ſiue agendi potentiā (ſi cui placet appella/
re) totam ſimul eſſe, nec aliorum, ſed ſui & bōitatis ſuæ
gratia, cuncta gerere. Motores autem orbibus appro/
priatos, ideſt quorū ſinguli ſingulos orbes, quibus præ
ſunt, mouent, & in loco modo quodam eſſe, quoniam
in orbe unuſquiſq; ſuo & nō alibi eſſe aſſeritur, & mo
uere non ſui, ſed generationis gratia, & moueri ad mo
tum orbium ubi ſunt, non per ſe, ſed uel ſicut anima in
corpore, uel ut gubernator in naui, uel quouis alio mo
do, & ſic æternitatem eorum, uirtutemq; ac mouendi
uim, infinitam eſſe, ſicut tempus infinitum eſt, quod ex

calce octaui auditus phyſici perſpicuum ſit, nõ eſt eni inquit poſſibile, finitum quicquã per infinitum tempus mouere, tria enim ſunt, ait, mouens, quod mouet, & tertium, tempus, in quo demonſtrat deinde non eſſe omnia finita, quia tempus infinitum eſſe, iam probatũ eſt, quædam uero infinita eſſe non poſſunt, quia neceſſe eſt hæc tria inter ſe proportionari, & magnitudo quidem infinita eſſe non poteſt, nec id proportionari opus eſt, ſed motum, motus uero unius, ſi circularis eſt, infinitus eſſe poteſt, non aliter q̃ & tempus. Alterum enim alteri menſura eſt, ut diximus, quoniã igitur omnes, appropriati motores, infinito tempore mouent, ideo non eſt finita uis & uirtus ſua, qua mouent, ſed ſic infinita, ſicut, & tempus, ipſi enim proportionatur, temporis autem infinitas non eſt, nec eſſe poteſt tota ſimul. Quare nec uirtus appropriatorum motorum, non tota ſimul infinita eſt, ſed per extenſionem, ut ita dicam, eo pacto, quo numerus in addendo, aut magnitudo in diuidendo, quoniã ſemper aliquid accipere poſſumus, extra id quod datum eſt, quæ res tempori utroq; modo accidere uidetur. Sicut ergo tempus per extenſionem, atq; durationem, nõ aliter, infinitũ eſt, ſic uirtus agendi appropriatorum motorum potentia infinita eſt, ſecũdum Ariſtotelem. Primi autem principii actiua potentia nõ ſic, ſed per intenſionẽ infinita eſt, totam enim ſimul eſſe neceſſe eſt, uel quia non proportionata hæc in primo quaſi diuerſa, ſed idem omnino ſint, uel quia totum tempus & dependere & cõtineri ab illa æternitate, ã perpetuo, nec ut immobile ã mobili, ſed cõtra, ꝑpetuum ab æterno & mobile ab immobili, hinc omnipotentia primi principii rutilat aperte, atq; refulget. Nã ſicut appropriati motores, quia infinitæ uirtutis extenſiuæ ſunt, finitã quidem magnitudinẽ, ſed in infinito tempore mouent, ut infinitas motus, ipſius infinitatis uirtutis & temporis proportionetur, ſi uero infinitam eſſe magnitudinẽ fingeremus, non poſſet eam motor appropriatus mouere, ſicut, quoniam infinita eſt uirtus primi, & hoc intẽſiue, ſi poſſet, infinita dari magnitudo, poſſet profecto eam uirtute ſuã, cõuoluere, atq; mouere. Verum quoniam dari huiuſmodi, ut ipſe demonſtrat, magnitudo, non poteſt in productione rerum ã nihilo, manifeſta ſit oĩpotentia primi, qua de re paulo poſt dicemus enodatius. Hinc ſumma quoq; ſimplicitas dei omnipotentis inſpicitur, non eſt enim ibi aliud intelligens, aliud intellectum, ut ipſe dit, nec aliud expetens, aliud expetibile, nec aliud uis atq; uirtus ſua, aliud eſſentia ſua, neq; eſt ibi quicquam potentiæ, quæ materiæ proportionatur, ſed actus purus, & totus ſimul, quod non ſimplicitatẽ ſolum, ſed omnipotentiã rurſus oſtendit, alterũ ab altero confirmatur, quod ueritatis, cui omnia conſonant, proprium eſt, nã ſi primum pricipium actus eſt purus, & totus ſimul eſt, & ſimpliciſſimus & omnipotens, nõ extenſiue ſolum, ſed intẽſiue, purus enim actus nihil habet potentiæ, ubi uero nulla potentia eſt, ibi totus actus ſimul eſt. Vbi autem totus actus ſimul eſt, ibi nõ eſt neceſſe, quicquid ab eo actu agitur, extenſiue ac per durationẽ fieri, quod uero non fit extenſiue, nõ fit in tempore, nec per motum, quod autem non fit motu

& in tempore, id non ſit ex potentia materiæ, quod porro non ſit ex potentia materia, id ex nihilo ſit, & ex nihilo producitur, quod autem ex nihilo producitur, id neceſſario ab omnipotente uirtute producitur, ſed primum principium (ut ultimis primum coniungamus) purus actus eſt, ab omnipotēte igitur eius uirtute, à nihilo uniuerſa producta ſunt, quod certius ĩ ſequētibus, ſecundum Ariſtotelem faciemus, cum id demonſtrare propoſitum fuerit. Verum quoniã totum ſimul & ſimpliciſſimũ eſt, indiuiſibilis penitus eſt eſſentia eius, nec eſt aliud ĩ eo ſubſtãtia ſua, nec res ulla, ĩ eo diuerſitatẽ naturæ, hoc eſt, eſſentiæ, facit, nec eſt aliud deus, aliud deo eſſe, quicquid enim horum admiſeris, purũ eſſe actum abſtuleris, principium rerum omnium eſt primum & finis ultimus omnium, nec aliud illi pricipium eſſe, & aliud finem eſſe, quamuis quantum ad res ab eo productas pricipiũ ſit, quaſi efficiens cauſa, ideſt penitus, ab nihilo producens, finis, ut expetibile. Illud quoq; apprimè memoria tenendũ, quod in ſecundo methaphyſicorum dicitur, nullo in genere cauſarum, ad infinitum aſcendendo fieri poſſe progreſſum. Quare ſicut neceſſe eſt tandem ad primum efficiẽs peruenire, ita etiã ad ultimũ finem concurrent neceſſario ultimus finis, & primũ efficiens, nec enim aliunde, ſicut à fine depndere poſſunt, ꝑducta, q̃ à productore ſuo, is ſimpliciter primũ eſt, neceſſe eſt à nihilo ꝑducere, aliter repugnaret ſibi ipſi oratio, non eſt enĩ ſimpliciter primum quod ex alio facit. Quas ob res, unum eſt primum, nõ ĩ aliquo genere, ſed ſimpliciter primũ, id ultimus quoq; finis & ſummum bonũ omniũ eſt, quare ſummũ quoq; bonum ſimpliciter, ſummum autem bonum, nihil aliud eſt, q̃ ipſum bonum, cuius non eſt aliud eſſe, & aliud bonũ eſſe, ſic enim non eſſe ſummũ, nec ſimpliciter bonum, ſimpliciter enĩ bonum eſt, cui præter bonũ nihil aliud ineſt. Vnde ſequitur, nihil ineſſe deo, quod eſſẽtialiter non ineſt, & longe inde omne accidens abeſſe. Hæc pluraq; alia mire omnia, tum pulcritudinis, tum ueritatis, tum ſubtilitatis, tum cõuenientiæ, uel dicta inuenies ab Ariſtotele, uel ſequi ex dictis ſuis cõſpicies, quæ nunc proſequi, & infinitum eſt, & non neceſſarium, ſatis enim ſuperq; patet ex dictis, non primi mobilis appropriatum motorẽ, primũ ſimpliciter ab ipſo, ſed longe aliud. Quod ſiquis pertinax adhuc cõcedere perſeueret, dum modo non faciat primum, primi mobilis appropriatum motorẽ, ſed cæteros quoq; motus omnes ad ipſum referat, nec in ipſo primo mobili circũſcribat, ſed extra cœlum, & ultra primam lationẽ eſſe fateatur, quæ omnia expreſſe ponũtur ab Ariſtotele, quãuis impugnantia intrudi phyloſophis uideatur, tamẽ, quantum ad rẽ pertinet, non repugnabimus, nihil enĩ etiam ſic ueritati oratio catholicæ pugnat, nam & ſi unum eſſe regẽ omnium dicit, non utitur tamen ipſo, ne in productione quidẽ rerum omniũ, ſed quaſi rẽ indignã ab eo id ſubtrahit, & ſecundo deo, quẽ primus creauit, quemq; opificem appellat, id tradit, nec primum, nec ſecundum magnifacit, qui cultum, ad orationem, ſacrificia non illis primis, ſed cœlo ipſi, & ſoli ac lunæ, his inferioribus diis, qui nos, ſecundum ipſum, te

gunt, atq; defendunt, offerenda eſſe cenſet. Nec quos deos appellat ſolum colit atq; adorat, uerum etiã demonas, horum naturã mediã eſſe putat, inter hominũ naturã, & ultimorũ deorum. Hæc duo genera, ſumme præcolenda nobis putat, demonas, quoniã per eos dii ultimi multa nobis conferunt, inferũtq; Deos ultimos, quoniã ipſi operatiõe demonum, bona malaq; tribuũt. Hos quaſi Venerẽ, Bacchũ, Palemonẽ, Matutã, Nymphas aquarũ, Dryades, Muſas, alioſq; Poeticis portentis, non fingit, ſed potius à fabulis editos accipit atq; defendit. Nec enim differt Theologia Platonis à poetarũ figmentis, niſi forte nominibus, exponẽdiq; modo, quare ut Pythagoræ, ſacra & cerimoniæ, non alia fuerũt ꝙ magnæ græcie, quæ quidem cerimoniæ atq; ſacra multo antea, in illa Italiæ parte, ĩuenta inſtitutaq; fuerunt, ꝙ Pythagoras natus eſſet, appellantur autẽ Pythagorica ſacra, quia ipſe uel rationibus approbauit, muniuitq;, uel luculentius expoſuit, unde magna quæſtio apud Hyſtoricos eſt, rationẽ hanc penitus ignorantes, quomodo fieri potuerit, ut Numa Pompilius ſecundus romanorum rex, ad unguẽ ſacra Pythagore romanis tradiderit, cum Pythagoras multo poſtea ꝙ Numa fuerit. Si Theologia Platonis non alia eſt ꝙ gẽtilis illa ignorãtia, nomini Platonis addito attributa, quod Plato, quãuis nihil ipſe adinuenerit, rationibus tamen, & expoſitione phyloſopho digna, quaſi ipſa gentalem theologiã peperiſſet à nomine ſuo eã cognominauerũt. Cererẽ, uerbi gratia, Theologia deã colebat, quia frumenta hominibus fuit largita, ac ideo poetæ in Sicilia, quæ annonæ ferax eſt, ortam fuiſſe contendũt. Plato deam eſſe ait, quæ ipſis frumentis preeſt, & facit, ut oriantur, & geniculatis, ſuſtẽtata culmis creſcãt, in ſpicaſq; reſoluantur, quas uaginis primo, deinde ariſtis quaſi telis dea contra minutarum auium morſus muniuit, Bacchum ſimiliter uitibus, preeſſe ait, faceréq; ut ratione innati dei uites gubernatæ oriãtur, creſcant, frondeſcant, & clauiculis quibſdam quaſi manibus, quicquid nactæ ſunt, amplectantur, ne iſto modo fulctæ nõ ferantur in terram, eodem de cæteris pacto quæ natura gignuntur gẽtilis & platonica docet theologia, non enim potuerunt naturæ uim inſpicere diuinitus, rebus inſitam, ſed longe à ueritate diſtracti deos ſingulos, ſingulis rebus ineſſe, eaſq; gubernare arbitrati ſunt, quod inde affirmabant, quia ratione cuncta, gigni uidemus, nec ſingulis ſpetiebus Deum aut deam unam (Nã ſexus etiam differentiã diis ſuis eſſe putabant) uerum actibus quoq; naturæ, ſingulis ſingulos deos praficiebant, & ſingulorum actuum numera; ſpetiali Deo ſubiiciebant, tanquam non ſufficeret unus ad omnia, ſicut in frumentis alium herbeſcentibus iam atq; creſcentibus, alium quando uaginis ſpicæ incluſæ lacteſcunt, quem lacturum uocabãt, quos alios quidem à Cerere, ſed cereri ſubditos fuiſſe carmina oſtendunt, quæ in arumbalibus ſacris romani canebant, nam cum hæc ſacra, lacteſcente fierent meſſe, Ceres primum quaſi domina, deinde cæteri uſq; ad lacturnum, ordine inuocabantur, cuius hymnos quoniã eius ſacra, cælebrabãtur, ampliſſime canebant, id

ipſum in animalibus quoq; ſequebantur. Venerem enī generationi uniuerſaliter præficiebant, priapum tentigini, genium uoluptati. Lucinam, embrionum, effuſioni, Hos innumeros Plato deos, multifacit, templa omnibus condi, ſacra fieri, ſecundum patriæ mores, præcipit. Sed magnā theologiæ ſuæ partem, ex ſermone de conuiuio, aut, de cupidine cognoſcemus. Nā ibi Socrates, ex ſententia dyotimæ mulieris, ut ipſe putabat ſanctiſſime, de cupidine quid ſit determinaturus, totam theologiam gentilem atq; Platonicam his uerbis aperuit. Quid igitur Socrates ad Diotimam inquit, cupido eſt, demon ne? & magnus quidem inquit diotima, Demones enim omnes, inter deos & mortales, collocantur. O Socrates, quam uirtutem, inquit Socrates demō habet, interpretatur. Diotima inquit & refert diis, quæ hominum, hominibus, quæ deorum ſunt, hominum quidem præces, & ſacrificia diis, deorum uero imperia & retributiones, ſacrificiorum, hominibus referens, itaq; cum in medio deorum, atq; hominum demon ſit, uniuerſum replet, & facit, ut ipſum ſibi colligetur. Iccirco per diuinationem quoq; hominum, demones tranſeunt. Sacerdotalis etiam ars, in extis & ſacrificiis & inuocationibus, & diuinationis generibus uniuerſis, maleficiiſq; artibus, per demonas efficitur. Deus autem homini non miſcetur, ſed omnis collocutio deorum, ad homines uigilantes, & dormientes, per demonas eſt, & qui in iſtis ſapiens eſt, is uir demonius, & ſuper hominem eſt, qui uero ſapiens in cæteris eſt, ſicut in artibus, aut opificibus aliquibus, is mathematicus eſt. Demonum aūt numerus, magnus atq; uarius eſt, de numero quorum cupido etiam eſt. Videant oro qui theologiā Platonis ariſtotelicæ præferunt, primū, nullam horum inferiorum prouidentiā ſummo deo à Platone attribui, ſed per deos, hæc, inferiores, gubernari. Deinde non uni deo ſed multis diſpoſitionem rerum cōmitti, aliaq; aliis multo peius, q; in re pulica hominum, fieri ſolet, accommodari. Nā in hominibus, quamuis, alius aliis rebus præficiatur, tamen omnes, ad omnia idonei eſſe uidētur. Dii uero Platonis, ita rebus præſident, ut qui, res ueneteas, uerbi gratia, procurat, nullam in re nauali uirtutem, nullam ſcientiā habeat, & qui bellis præſtat, is ad pacis artes, nihil poſſet conferre. Vnde maioris uirtutis, atq; prudentiæ homines, diis platonicis inueniuntur. Præterea ſic uel amentes, uel deſides dii Platonis ſunt, ut nihil per ſe ipſos rerum humanarum, percipere queant, ſed demonibus egeant, q ſibi hominum religionem & fata nuncient, o hoīem, non phylōſophi nomine ſolummodo indignum, ſed omni uituporatione digniſſimum. At Ariſtoteles longe aliter, unum deū apte dicit, unde oīa, eumq; uitā eſſentialiter eſſe docet & ab eo uniuerſa, & ſecundū eſſe & ſecundū uiuere depēdere cenſet, nec ullius indigere rei oſtendit, non enī eſſet primū & optimū, ſi quicquā alterius gratia q ſui, aut intelligeret, aut uellet, aut expeteret, ſe ipſum ergo intelligit, ſe ipſum ſolum expetit, quia ipſe ſummum bonum eſſentialiter eſt cætera propter ſe, ac bonitatem ſuam eſſe uult, in quod etiā Plato quaſi delabitur, delabitur, dixi, qa ide cito ſe recipit

& à uilibus rurſum fabulis demerſus, nihil alti ſentire uidetur, Intelligentiis omnibus, non naturam ſed intellectum diuinum, idest deum, Aristoteles præficit, qđ patet, quia motores orbium intelligendo primū, & expetendo mouere, arbitratur, ipſas quoq; moueri motu, longe alio, q̄ qui corporibus conuenit, & moueri ab ipſo deo, aſſerit, intellectus enim inquit, ab intelligibili, mouetur, intelligunt aūt expetuntq; intelligentiæ principium primum & bonitatem ineffabilem eius, & expetentes, mouent orbes ſicut deus ipſis instituit, ut cūcta hæc inferiora illis motibus, & natura ſuperiorū corporum generentur, & tempore certo conſeruentur, & tandē corrumpantur, nam uim omnibus rebus inſitam, uim ex anima innumerabilium deorum partitus est, ſed principium motus, & quietis eius in quo est primum per ſe & non ſecundum accidens, eſſe aſſerit, principium inſitum rebus, quo res, aliæ quieſcunt, aut aliquando mouētur, aliquando quieſcunt, ut in creſcentibus patet. Hoc principium nihil unquā, facit frustra, cuncta finis gratia operatur, nec tamen intelligit, etiā ſi platonici dirumpantur, nam icirco deos putant, in eſſe ſingulis rerum proprietatibus, quoniam ad finem debitum, niſi quid impediat, & quidem uia optima ad optimum ſibi finem, produci cuncta proſpicimus, Aristotelemq; inſanire conclamant, quia finis gratia mouere naturam opinatur, quā expertem ratione prædicat, Aristoteles autē parum de ipſis, curare uidetur. Abſurdum enim est inquit, quod dicunt nō poſſe ſcilicet gratia finis, quicquam fieri, niſi quod facit, rationis particeps ſit, infert enim niſi quod uiderit deliberare, quod facit, negat ergo naturæ ineſſe rationē, ratione autem cūcta gingni non negat, ſed confirmat, atq; approbat, nam quod nihil non facit frustra, id omnia ratione facit, hoc platonicis enigma uidetur, nō illis qui audiūt ipſum dicentem, ab huiuſmodi ergo principio & celū & natura dependet, dependet aūt, adeo natura, quoniam non modo inde est, ſed etiā inde gubernata, uel immediate uel mediate, p motores & ſuperiora corpora (de inferiore natura loquor) ut deus ille diſpoſuit omnia operatur, hæc quid aliud estt, q̄ illud quod deus initio rerum ſe dixiſſe, per Moyſem testatur, producat terra herbam fœni, & ſeminantem ſæmen, ad ſimilitudinē generis, & illud ad animalia, creſcite & multiplicamini & replete terram. Quare ipſe non dubitauerim, ſi diuerſæ animalia naturæ cōuenīūt generare, ita enim instituta, per uoluntatē primū natura est, quæ inde generantur & mulæ ut lycıſcæ, ut pleraq; alia generare non poſse, quia non ad ea uſq; peruenit uox illa dei, quæ naturam rebus immiſit. Sed finis huius primæ partis iam ſit, habūde enim patuit, Aristotelem in ponēdo primo ſimpliciter, ueritati catholicæ adunguē quadrare, Platonem non minus q̄ gentes, ne magis ēt dicam in idolatriam, delabi. Nūc alteram partem aggrediemur, ſi illud iterum monuerimus, quandocunq; primum principium, aut primum entium aut huiuſmodi aliquid, ab Aristotele dicitur, nō statim in unius uerbi cōmoueri nos oportet, ſed ſuperioribus, inferioribuſq; conſideratis, diſcernere de quo dicat, de deo ne, an de

primo, inordine alicuius ordinis rerum, deū enim ita primū ſentit eſſe principium ſicut ſeparatum omnino nec ullo modo cæteris coordinatum. Vnde illas naturæ diuinæ conditiones, attribuit, quæ nullo pacto alii naturæ conueniunt, ut eſt eſſe ultra omnem lationem, & extra cœlum & totam æternitatem ſuam, ſimul eſſe & oium eſſe, ac uiuere ab illa dependere, & omnes motus ab illa moueri, ut expreſſe illud pauli colligitur. In ipſo enim uiuimus, mouemur & ſumus, quare id totum à conditionibus quæ ſecuntur, aut præcedunt, poteſtatemq; cucuima centum uerborum de deo ne dicat, an de alicuius generis, rerum primo facile percipiemus.

## Quod Ariſtoteles ſubintellexit deum unum & trinum eſſe & ꝙ in creaturis impreſſa ſint ueſtigia dei, ex quibus ſub intel liguntur quæ credimus.

IN altera huius uoluminis parte, oſtendere polliciti ſumus Ariſtotelem platone, apertiuſq; ſicut à ueſtiſtigio rebus impreſſo, ſub intellexiſſe deum unum ac trinum eſſe, quodq; mirabilius eſt, in hac unitate naturæ, & trinitate, non dico perſonarum & ſuppoſitorū (id enim non exprimit) quoniam trinitas ordinem dicit, ſuſpicatum fuiſſe huius trinitatis primum à nullo eſſe, alterum à primo, tertiū à primo & ſecundo ſimul ſicuti ab uno principio, addo etiā quod primum eſt in toto ſecundo, & in toto tertio, ſecundum aūt in toto tertio, qua de re Plato, nihil penitus ſomniauit, niſi quod in legibus uerbum, uerbum dixit patris, & quaſi furere concitatus, ſtatim obmutuit, nec quicquam, aliud ultra, ad rem tantam pertinens adiecit. At qui oportebat multo, hac de re liquidius Platoni diſſeruiſſe qui egyptum peragrauit iudeam uidit, & à multis argumentis quæ colliguntur ab Euſebio, legiſſe ipſum diuinā ſcripturam, aut ex iudeis percepiſſe perſpicitur, ꝙ Ariſtotelem, qui è græcia nunꝙ abiit, ſed ſpiritus ubi uult ſpirat, omne nāq; bonū quod nobis eſt, deſuper fluit, ſed incredibilia forſan fingere, non quiſpiam de Ariſtotele, credet, niſi ꝙ primum locos eius tranſcripſerimus. Nos uero, quoniam non neſcimus, claram rem omnem futuram intelligentibus, animoq; ad ueritatē inclinatis, non properabimus, ſed mature procedentes, ſicut res tanta flagitat, primum eius quod Paulus retulit, in mentem uenire legentium uolumus, quoniam inquit, mundus non cognouit deum per ſapientiam, placuit deo per fatuitatē prædicationis ſaluos facere credentes, non & ſi per ſapientiam & cognitionem rerum, ad unius & trini dei, quaſi per enigmata hoies poterāt aſcēdere, tamen ne id quidē aſſecuti ſunt, nō qa nō potuerūt ſed qa demonū preſtigiis occupati nō quæſierūt, deīde illius quoq; Pauli eiuſdē meminiſſe rogamus. Inuiſibilia igr dei ab initio mūdi i creaturis itellecta conſpiciuntur, deus enī cum à nihilo ut eſſent cūcta euocaret, ſimilitudines & ueſtigia rebus īpreſſit, ſicut quæq; recipere poterat, ut per cognitionē ſui cæterarumq; creaturarum, homo ad cognoſcendum creatorem inuitaretur, ex quarum omnium cognitione, ſi cūcta colligerētur ueſtigia perfecta ut in hac uita, ſicut

ego arbitror creatoris dei colligeretur cognitio, iis ſolum exceptis, quæ infinitatem requirunt, nulla enim creaturarum, exactam infiniti dei poterit imaginem recipere. Quare cum aliud ex alio eſſet intelligendum, idq; arduum, nec ſine periculo ſit, non per ſapientiã, ſed per fidem ſaluati ſumus, ſapientia tamen rerumq; cognitio, ſicut, niſi homo peccaſſet forſan præcedens, ita poſtquam peccauit ſubſequẽs ueritatiq; accõmodata, plurimum fidelibus prodeſt, nam quamuis credamus, tamen ꝙ ſit profeſſio noſtra, quidq; credamus, dicere non poſſumus, niſi ueſtigiis creaturarum adiuti, ad diuinæ maieſtatis ineffabilem naturam oculos ſuſtollamus. Ita cum fides ad ſalutem neceſſaria ſit, oporteatq; intelligere quod credas, nec intelligere queas, niſi à creaturarum imaginibus, neceſſaria nobis rerum cognitio, quã ſapientia facit, ad ſalutem uidetur, non omnibus tamen, ſed præſulibus, ad quorũ confeſſionem fidemq; cæteri ſe reducunt. Verum quoniam ꝑ fidem, ſaluati ſumus, deus neceſſario præcedit authoritate prædicationis firmata. Cognitio autẽ dei quæ à creaturis colligitur, profeſſioni fidelium accõmodata, liquidiora facit ꝙ creduntur. Idipſum quod de ueſtigio diximus, Ariſtoteles quoq; ſentit, quippe quã rerum artificio conditarum, exemplaria in mente artificis, eſſe prius cenſet, ita ut à ſtructura rerum quale ſit ingenium eius, facile cognoſcamus, & in rerum naturalium cauſis rationes ipſarum perfectas, eſſe noluit ſicut ex libris de generatiõe animalium aperte colligitur, & hæc omnia ſeminalis oſtendit uirtutis. Vnde rurſus Paulus omnem paternitatem in cœlo, & in terra, non à creaturis in deum, ſed adeo in creaturas, deſcendere cenſet, quicquid enim boni eſt in rebus, à deo eſt, & inde dependet, hæc cum ita ſe habeant, ad rem rediens, dico Ariſtotelem, unius dei trinitatem intellexiſſe, Idq; in primo de cœlo & mundo, ex ueſtigio corporibus impreſſo enodaſſe.

## De Veſtigio unius ac trini dei corporibus impreſſo, inquantũ corpora ſunt.

PRimum igitur, quale ueſtigium ſit, deinde ipſi deo, huiuſmodi ueſtigium, uerbis ipſius accommodari oſtendemus, ſic enĩ nemo inficias ibit, intellexiſſe ipſum quæ diximus, ſi ueſtigium quod in corporibus eſt, & explanaſſe, & accommodaſſe ipſe cognoſcetur, omne corpus, longitudinẽ, latitudinẽ, & altitudinem habet, longitudo ſic intelligitur, ut id quod dicitur ſolum ſit, nec quicquam ex aliis dimenſionibus ſapiat, quam etiam lineam dicunt, latitudo altitudinis nihil habet, longitudinem uero habet, tota enim in tota eſt longitudo in latitudine, hanc ſuperficiem quoq; nominare ſolemus, altitudo quæ profunditas etiam dicitur utraq; precedentium in ſe habet, & corporis perfectiua eſt, ita corpus tria, hæc eſt longitudo, latitudo, profunditas, & ſi unum de tribus mente ſubtraxeris, (re enim facere minime poteris,) nihil remanet, nam non ſolum corpus, omnino abſtuleris, ſed nihil penitus re ipſa reliqueris, Corpus igitur hæc tria eſt, nec tamẽ illam ex iſtis habet compoſitionem, nam & ſi compoſitum eſt, ex materia tamen, & forma, nõ ex iſtis compoſi

tū eſt, quare tria hæc unum corpus ſunt, & hæc tria corpus eſt unum, omni ſuſpitione compoſitionis, quæ hic fiat, procul reiecta, quid hoc ueſtigio expreſſius? creatrix enim omniū, & beata deitatis natura. tria ſuppoſita eſt, & tria illa unum ſunt, abſq; ulla compoſitionis ſuſpitione. Adde q̄d, ex longitudine in ſe ducta, ſuperficies, hoc eſt, latitudo emanat, ex lōgitudine aūt, & latitudine in ſe dictis, tanquā ab uno pricipio profunditas, ideſt altitudo profluit, primum, ex ſecūdo elementorum Euclidis multiſq; aliis locis paſſim demonſtratur. Alterum ex diffinitionibus ſolidorum geometricis, nam ſicut ſuperficie ſemicirculari circunducta, quæ circūductio eadem diametri etiā eſt, ſphærā, ideſt latine pilam, ſic longitudine in ſe primum ducta deinde in altitudinē ab ea productam, cubū efficiunt, ſicut uerbi gratia, bipedalē longitudinē in ſe duxeris, quadripedalis, inde tibi fluxa ſupficies habebitur, & rurſum ſi longitudinem hanc, & latitudinem alteram in alteram duxeris, cubus emanabit, corpus unum ſimplex ex duobus, quaſi ab uno principio. Quod autem ſimplex ex his effulgeat corpus patet primū, quia corpus ex materia & forma, non ex dimenſionibus iſtis cōponitur, ut dictū eſt. Nos autem hic corpus, non ut ex materia & forma, ſed ut hæc tria eſt, conſideramus. Deinde quia ductio lineæ in ſeipſam aut in ſuperficiem, non ſunt cōpoſitiones, ſed emanationes, atq; productiones. Compoſitio enim eſt diuerſorum ad unum conſtituendum cōcurſus, quod hic nullo pacto fieri poteſt, nec enim ſi lineas etiā innumerabiles, ſimul appo-

ſueris

ſueris latitudinē, nec ſi latitudines quotcūq; ſimul contraxeris altitudinem cōſtitues, nā cū nihil à nihilo, natura faciat, nec lineæ latitudinem, cuius nihil habent, nec latitudines profunditatem, qua corpus perficitur, unquā cōficiēt, nihil enī profunditatis poſſidet latitudo. Emanatio autē eſt naturalis uirtutis ex uno ad aliud producēdum abſq; corruptione progreſſius, quod hic fieri pſpicitur, nā & ſupficies ex linea ī ſe ducta, & corpus ex linea, & ſuperficie in ſe ductis, nō cōponuntur, ſed producuntur, qua propter quādo linea ſuperficiē ducto ſuo emittit poſſe illā ſuperficiem, illa linea dicitur, & ſuperficies poteſtas lineæ, unde profluit a geometris merito nuncupatur, hoc eſt actus quidā & fructus naturæ ſuæ. Similiter ergo corpus quoq; lineæ ac latitudinis ſimul poteſtas nominatur, nō alia ratione, niſi quia fructus naturæ ipſarū eſt. Quas ob res ductus lineæ in ſe aut in ſuperficiē, nō ſunt compoſitiones, ſed emanatiōes quædam uirtutis naturalis, quibus in ſuum natura fructum progreditur accōmoda, hæc tribus pſonis, quæ deus ſunt. Pater ex nullo eſt, lōgitudo ſiue linea, ex nullo. Nec mihi opponas non eſſe ex nullo ſimpliciter lineā, nulla enī res creata, ex nullo ſimpliciter eſt, ſed ne increata quidē, prater primū trinitatis ſuppoſitum, & quando dicimus lineā ex nullo eſſe, ad reliquas conferētes diſtātias dicimus, hoc enī ipſum eſt, quod ad propoſitum ptinet, linea igitur ex nullo eſt, latitudo ex linea prodit, profunditas ex utraq; ſicut ab uno pricipio, ſimplici enī ductu, ex utriſq; profluit, ita pater ex nullo eſt, filius ex patre, ſpiritus ſan-

ctus ex utroq;, ſicut ab uno pricipio. Ad huc magni-
tudo alia linea eſt, alia latitudo, alia profunditas, tres
hæ magnitudines unum corpus ſunt ſimplex, ſimili-
ter alius eſt pater, alius filius, alius ſpūs ſanctus, tres
hæ perſonæ unus deus ſunt ſimpliciſſimus, diuinarum
tamen perſonarū quæq; ſubſtitit, ac ideo tres hypoſta-
ſes, hoc eſt ſubſiſtētias priſci græcorum doctores dixe-
runt, ſicut iuniores latinorum tria ſuppoſita, & in hoc
non potuit creatura hæc creatoris ſui ſimilitudinem
recipere. Nā ſi omnia poſſet creatura ulla, quæ deo in-
ſunt recipere, quid aliud ꝙ deus eſſe ipſa quoq; crede-
retur. Repugnat autem ſibi oratio ſi creaturā deū eſſe
dixeris. hic eni infinitus eſt, illa finita. In nulla creatu-
rarum cuncta inueniuntur, nā corpori quāuis multa
magnaq; expreſſa nimium ſunt, corpuſq; ſubſiſtit, tres
tamen dictæ magnitudines non ſubſiſtūt. Deus autem
cum ſit unus & ſimpliciſſimus ſubſiſtit, pſonæ quoq;
ipſæ ſubſiſtunt, non minus, nō eſt eni maior ibi naturæ
unitas ſine ulla diuiſione, quod ſatis itellexeris, ſi tres
magnitudines, quæ unum corpus ſunt, ſubſiſtere, non
minus ꝙ corpus animo concipies, nec enim huius rei
ueſtigiū in creaturis inueniri cōtenderi, infinitatis eni
eſt, ut ſuppoſita in cōfuſe diſtinguātur, atq; ſubſiſtāt,
& id quod tria ſuppoſita ſunt, abſq; ulla diſtinctio-
ne unū ſimiliter ſit, nec minus ſubſiſtat, ſed realiter, ut
ſic dicā, & ſuppoſita ſint, & deus ſit. Subſiſtere eni di-
citur quod nulli accidit & realiter eſt, ideo in deo qui-
dem, nec perſonas ſingularia dicere poſſumus, nec deū
uniuerſale, quia & deus ſubſiſtit & perſonæ ſubſiſtūt.

Corpus autem ſimiliter uniuerſale non dicitur, ſed nec
magnitudines illæ tres ſingularia, quia cōtra ſe habēt,
ꝙ uniuerſale, & ſingularia, ſingularia enim ſubſiſtūt,
uniuerſale uero nequaquā. In corpore cōtra ipſum ſub-
ſiſtit, magnitudines dictæ non ſubſiſtunt, hic patet ne-
ceſſe eſſe, in hac uita nō a ueſtigiis ad cognitionē dei
procedere, ſed cognitione per fidē habita firmataq; ue-
ſtigiorum accomodatione, poſtea uti, non ut firmius cre-
damus, ſed ut dilucidius intelligamus, præterea tota lō-
gitudo in tota latitudine, atq; profunditate naturali-
ter ē, & tota ſimiliter latitudo in tota ꝓfunditate, qđq;
mirabilius eſt, abſq; cōfuſiōe, nā quāuis tota lōgitudo
in tota latitudine ſit, & hæc tota, in tota ꝓfunditate,
nunquā tamē altera in alterā confunditur, nō licet ta-
men conuertere, ſicut in diuinis, totus eni pater in toto
filio eſt & totus filius in toto patre & totus ſpiritus ſan-
ctus ſimiliter in toto patre & in toto filio, econuerſo
procul ab omni cōfuſione, cuius etiā rei ueſtigiū, nulla
in creatura quærēdum arbitror, infinitatē eni iuditio
meo requirit, & magnitudinibus, tamen dictis, facile
intelliges, ſi conuerſionē & quæ deficiūt, animo ſup-
pleueris. Dionyſius tamē areopagita uir celeſtis, lumē
ex tribus cereis unum eā ſimilitudinem reddere ſufficiē-
ter, ut in creaturis, præſertim his īferioribus exiſtimat,
nā & unum eſt ſine diuiſione, & tria & totum cuius-
uis cerei lumē in toto cereorum eſt abſq; confuſione, ſi
eni unū remoueris cereū, lumē quoq; ſuū diſtinctiſſime
ſequetur. Hæc ſimilitudo mihi ſatis in hac uita facere
uidetur, ut itelligamus unum deum uere ſubſiſtere, &

ſuppoſitum quolibet ſimiliter, nā totum lumē ſimul in
diſtincte & cuiuſlibet cerei lumē inconfuſe ſubſiſtere
uidetur, quod ſeparatio ac remotio unius cerei, ut dixi
mus, oſtēdit, mixtio tamen quædam fieri uidetur quā
do ſimul totum lumē eſt & diſſeparatio eius quod remo
uetur, quæ longe à diuinis exterminēda ſunt, ſed non
poſſunt ſingula ſingulis ad unguem conuenire. Quare
quæ ad rem pertinent, ſola intelligēdi gratia, ſunt à ue
ſtigiis ſumēda, & quæ ſumuntur altius & diuine maie
ſtati cōuenientr. intelligenda, infinite enim creator crea
turas excedit. Ex his omnibus, aliiſq; ſimilibus, facile
ipſe inducor, ut credā nullū expreſſius nobis ueſtigiū
inueniri poſſe, q; ſit hæc corporis ſimilitudo, unū eni
& tria eſt, & tria ordinē habēt & ordinē qui in deo
uno, & trino eſt, primū eni ex nullo eſt, alterum ex pri
mo, tertium ex primo & ſecundo, nō ut ex duobus, ſed
ut ex uno, nō enim inquātum unum progreſſus ſit, du
ctus enim lōgitudinis & latitudinis unus eſt, & in di
uinis una uis ſpirandi patris & filii. Dixi autem, quo
niā in omnibus ego creaturis ueſtigiū creatoris ineſſe
non dubito, idq; tāto pfectius quāto creatura perfecti
or eſt. Quare certior ſum, in animo noſtro meliorē, q; i
corpore ſimilitudinē dei eſſe impreſſam, & in ſuperio
ribus ſeparatiſq; ſubſtātiis pro ordine ſtatuq; ſuo longe
altiora accomodantioraq; ueſtigia ſummi dei eſſe nō ne
gaueri, ſed nobis, qui ſordibus corporis icludimur, nul
lum eſt illuſtrius, nullum cōmodius, nā cum omnis in
hac uita noſtra cognitio à ſenſu dependeat, neceſſario
quæ remotiora à ſēſu ſunt, minus nobis nota ſunt, quæ

autem ſenſu ſolo cognoſcūtur, nullā propter inſtabilita
tem rerum ſenſibilium faciunt ſcietiā. At uero quæ ſen
ſui quidem proxima ſunt, mente autem quaſi abſtracta
colliguntur, ea ſola ſcientiā poſſunt conficere, tria uero
quæ corpus ſunt, ſenſu quidem capiuntur, largius men
te uero concepta, ſic ſe habēt, ſicut & nos diximus, &
ab Ariſtotele perſtringuntur. Magnitudo inquit, quæ
quidē in uno linea, quæ in duobus ſuperficies, quæ in
tribus corpus, & præter has non eſt alia magnitudo,
quia tres omnes ſunt, & paulo poſt, ultimū eni mediū
& principium totius uniuerſi numerū habent. Hic oſtē
dit ultimū ex primo & medio eſſe, & mediū ex primo
quod principium appellat, quia ex eo & ſecundum &
tertium eſt, ſed ſecūdum ex eo ſolum, tertium ex eo per
medium, quod ut oſtenderet nō ſecundum, ſed medium
nominauit, tertium quoq; non tertium, ſed ultimū, ut ſi
gnificaret ſtatim ibi finiri, nec ulterius emanationes pro
gredi poſſe. Nulla eni ex profunditate profluit, magni
tudo, nec eſt tranſitus in aliud genus inquit, ſed ſolum
ex longitudine in ſuperficiē & in corpus, ex iſtis præ
terea cum dixiſſet, ultimum enim medium & principi
um totius uniuerſi numerū habēt, ſtatim addidit, hæc
uero ipſa trinitatis ipſius. At tria hæc nullum inter ſe
habēt, præter numeri, ordinem, trinitas non ſunt, nec
dici trinitas poſſunt, quia nō ſunt, trinitas enim eſſen
tialem, ideſt ipſarum rerum cōnumeratarum ordinē ſi
gnificat, ſed corpus huiuſmodi natura eſſe, res ipſa præ
dicat, naturamq; corporis Ariſtotelem uidiſſe nemo ne
gabit. Quare nunc reſtat deo ſimilitudinem hanc ac

cōmodari, ab ipſo, & quidem uerbis eius oſtēdere. Vl
timam inquit medium & principiū totius uniuerſi nu/
merum habent, hæc uero ipſa principium medium &
ultimū trinitatis cuius trinitatis ipſius inquit, cum ar/
ticulo enī græce ſcribitur, quod latine aliter traduci nō
poteſt. Cur ergo ſic expreſſe inſignitēq; trinitatis ipſi/
us dixerit, nulla poteſt inueniri cauſa niſi ad deū refe/
ras, ſolemus enī ita loqui quādo ſingulare aliqd ſignifi
care uolumus, quā porro aliam ſingularē uoluerit tri/
nitatem referre, ne fingere quidē facile poteris. Verum
quoniā mihi & ratiōe intelligentibus creatriciq; omni
um trinitati affectis, id ſolum ſatisfacere poteſt. ipſe ta
men apertius quiddam & quidem, cui nemo non inſa
nus cōtradiceret, illico addidit. Nā quod ſequitur nihil
aliud q̄ accomodatio eſt, ideo īquit, cum a natura qua/
ſi leges acceperimus, & ad cerimonias deorū, hoc nu/
mero utimur, & appellatiōes hoc pacto accomodamus,
duo enī quidem ambo dicimus, & duos ambos, atq;
utroſq;, omnes uero non dicimus, ſed hanc appellatio/
nem, de tribus primū dicimus, quod ut dictū eſt ſequū
tur, quia ſic a natura ſumus inſtructi, primū igitur na
turæ legibus inſtitutos homines cerimoniis ſacrificiiſq;
deorū, trinitatis numero uſos fuiſſe ait. Quid hoc ad
propoſitū? & ſi ad propoſitum minime pertinet, quid ſi
bi uult? Nam inquit, impulſi homines trinitatis nume
ro in ſacrificiis deorum utuntur, natura certe nihil fa/
cit fruſtra, cur ergo īpellebat homines trinitatis nume
ro in deorum cerimoniis uti? aut cur in deorum cerimo
niis magis q̄ in aliis rebus? Verte rem quocunq; uolue

tis, inuenies non alia ratiōe, id ab Ariſtotele dictū eſſe,
niſi quia cū natura, nihil facit fruſtra, & omnes homi/
nes per ipſam duci crederet ut trinitatis numero ī deo
rum ſacrificiis uterētur, trinitatis numerum, ita in deo
eſſe ſicut in corpore uoluit oſtēdere, propterea cum di
xiſſet hæc ipſa tria, ideſt principiū, mediū, ultimū in
ipſa cum relatione quadam ſingulari trinitate inueni/
ri, ſtatim addidit, hac de cauſa natura, quæ nihil facit
fruſtra, īpulit homines, ne numero trinitatis in deorū
cerimoniis utantur. Accomodatio igitur, & quidem in
ſignis atq; apertiſſima eſt, quodq; mirabilius eſt, acco
modando alterum adiecit ueſtigium, legibus naturæ
uoluntati hominū īpreſſum. In cerimoniis enim deorū
inquit, trinitatis numero diuinitus īpulſi homines utū
tur. Animal enim aliquod diis ſuis offerebāt; alii arie/
tem, alii bouē, alii caprā, alii ſuem, ſecundum inſtituta
patriæ, deorumq; ſuorum poteſtates, non ullis demonū
homines, etiā proh nephas, īmolabāt, huic oſtiæ uinū
aut mel, & omnino liqdū aliquod infundebāt, & ſalē
alii, alii ordea, uel omnino fruges inſpargebāt, ita quā
uis alii aliis uterentur, omnes tamē naturæ legibus, ut
ipſe inquit cōpulſi, tribus oblatis rebus uno ſacrifitio li
tari opinabantur. Agendo quoq;, ideſt inobeūdis ſa
cris multifariam trinitatis numerum obſeruabant, ut
in tempore quantum fieri poterat, ſicut de tertio die in
tertio, aut de trimenſi ſpatio in trimenſe, in ſacerdotali/
um ueſtium genere, atq; figura, in circuitionibus tem/
pli, aut aræ, in ſuffiationibus comburendæ hoſtiæ,
aut ex tortum in ſacrorum uaſorum uel figura, uel ma

teria innumero, tum titionum, tum ligni generum, aut
ſarmentorum, quorum ſi rerum multiplex uarietas ma-
iorē q̃ trinitatis numerũ flagitabat, ne ullo pacto cō
temnere trinitatem uiderentur, ipſam in ſe multiplica-
tam, adhibebant, tertio enim numero, quaſi unitate, cō
ſtituto nouenarium, & rurſus. xxvii. aut ſi maiore
opus erat multitudine, ſicut in anaſtitis gradibus, ſi
de ambulatio, aut circuitio lōgior erat neceſſaria. lxxi.
inducebant, hinc Proclus, uniuerſam Platonis theolo-
gia ad treis conatur trinitates, reducere, hinc mantua
nus ille Poeta, numero deus inquit impare gaudet, nō
quod omni numero deos gaudere ſuos opinabatur, ſed
quoniam trinitate licet arithmetici unitatis & trini-
tatis uirtutem, quā ut diuinā excolunt, ad alios quoq;
impares tranſſiendi non dubitant, hæc igitur ipſa natu
ralis, quod enim omnes uno modo faciunt, naturale po
tius q̃ uoluntarium dicendum uidetur, cogitur enĩ na-
turæ legibus uoluntas, aut ut ipſe dicit (inſtituitur at-
q; informatur,) hæc inquā ueluti naturalis hominũ,
in cerimoniis atq; ſacrificiis operatio, id ipſum etiam
quod diximus repreſentat, ſacrificium enĩ unum erat,
res oblatæ tres, quarum ſi una deficeret, nullum fuiſſe ſa
crificium credebant, nec componi tribus iſtis, unum ſa
crificium uidebatur, ſed ita fieri ut tribus illis, rite obla
tis, uno ſacrificio, poſſe litari crederetur. Quid plura?
liquido undiq; patet, ideo ipſum ſcripſiſſe ad placādos
deos trinitate uſos homines natura impellente, fuiſſe,
ut hinc aliquando, mente ſublata intelligere poſſemus,
primum principium, unde & ſumus, & uiuimus, &
mouemur, unum & trinum, ad ſimilitudinem ſacrifi-
ciorum atq; corporis eſſe. O uirum eccleſiæ utiliſſimũ,
qui ueſtigium e corporis natura ſumptum uni ac tri-
no deo, per appellationem falſorum deorum accommo
dans, alterum aperuit unitatis, ueri dei ueſtigium, non
rei alicui inſitum, ſed operatione, ad quam homines na
tura ducebantur, expreſſum. His ita primum pſtrictis,
cum deinde afferat & appellationes hoc pacto accom-
modamus, duo. n. ambo quidem dicimus, & duos am-
bos atq; utroſq;, omnes uero non dicimus. ſed hanc ap-
pellationem de tribus primum dicimus, quod ut dictũ
eſt ſequimur, quia ſic a natura ſumus inſtituti. Primũ
rerum omnium creatricem cauſam, ut ego exiſtimo tri
nitatem eſſe monere breuiter uoluit, natura enim quæ
nihil ſecundũ ipſum fruſtra, facit, fieri apud omnes ho
mines ait, ut nō de duobus, quamuis hic primus nume
rus ſit, ſed de tribus primum omnium appellatio dica-
tur, nemo enim de duobus, omnia dicit, ſed aut ambo
aut utraq;, uel utrumq;, omnia uero ac omnes de tri-
bus, primũ omnes gentes dicere ſolent. Quero igitur,
qd ad naturam aut ad naturæ authorem ac dominũ,
qui iuſſit ne quicq; in caſſum natura faciat pertinet, ut
omnes impulerit impellatq; gentes, ne de duobus om-
nia proferant, ſed de tribus id primum dicant? quid?
nihil aliud certe, niſi quia trinitas domina omniũ na
turaliter eſt & procreatrix. Iccirco huic numero primũ
appellationem hanc & nō duobus attributam natura,
inſtitutamq;, ait enim hoc profecto nō aliud his uer-
bis Ariſtoteles ſubicere uoluit, quaſi enĩ librarius aut

ſcriba naturæ fuiſſe non dubitatur Quare ſi nihil natu
ra fruſtra facere poteſt? nec ipſum fruſtra. quicquã di
xiſſe credendum eſt, nullam uero aliam rationẽ idoneã
inuenies, cur ueſtigio corporis explanato, trino litari
diis ſacrificio ſtatim adiecit, & appellationem omniũ
tribus, nec ullo modo, duobus natura duce, accõmoda
ri aſſeruit, & ne inania dicere crederetur, non ſuffecit
ſibi natura hæc fieri, ſemel dixiſſe, ſed bis in tam breui
ſermonis ſpacio pauciſſimorum uerborum, homo ex af
fectione firmandi quæ de trinitate in mentẽ diuinitus
uenerunt, bis inq; quaſi mentem, ab altiore incitatus
poteſtate, conclamauit naturæ legibus, naturæ inſtitu
tis, hæc ita ſunt o mortales, quare credite primã cau
ſam, ad ſimilitudinem corporis unam eſſe, ac trinam.
Cauſa namq; omnis in cauſatis ſimilitudinem ſui quã
dam immittit, nec ego ſolus huius opinionis author
ſum, ſed & omnes phyloſophantes, in hoc conueniũt,
& rerum natura magna prædicat uoce. Qua propter
nemo fuit unquã, quod certe ſcio, nec erit, ut uaticina
ri libet, qui negare audeat ſimilitudines principiorũ,
in principiatis, infundi. Quare cum & corporibus tri
nitatis & unitatis dei ueri ueſtigium, ſic impreſſum, &
ſacrificiis falſorum deorum, id ipſum doceamur, & ap
pellatio confirmet & hæc omnia natura, ideſt ipſo deo
conſtituente fieri cognoſcantur, nolite dubitare unũ ac
trinum eſſe rerum omnium creatorem, has ego illius uo
ces, dum hæc ſcriberem audire uiſus ſum.

Quod de deo loquens, nunc plurali, nunc ſin
gulari numero utitur Ariſtoteles, & q̃ re
rum omnium perfectionem, ac finem
ultimum in trinitate ponit.

NVnc patet, cur in plurali ſermonem protulit,
cum non multo poſt, in hoc ipſo libro, de ſum
mo & uero deo, egreſſus loqueretur. Quas
ob res inquit, neq; in loco ſunt, quæ illic ſunt, nec tem
pus ſeneſcere ipſa facit, nec eſt ullius eorũ, quæ ultra
extremam lationem ordinata ſunt, ulla mutatio, plura
li enim non alia ratione numero uſus eſt; niſi quia tria
eſſe deum ſubintellexit, nam quæ dicuntur, nulli omni
no rei niſi uero deo conuenire, inſuperioribus explana
tum latius eſt, ſed ſicut propter trinitatis numerum plu
raliter multotiens de deo uero loquens protulit ſermo
nem, ſic in hac ipſa digreſſione, unitatem eius oſtende
re uolens, ſingulari utitur numero, dum inquit, rationi
bus ſemper apparent, quia deum immutabilem eſſe ne
ceſſe eſt, & omne primum atq; ſummum, Atteſtatur au
tem dictis quod ita ſe habeant, quia nec aliud melius
eſt quod mouebit (eſſet enĩ illud diuinius,) nec malũ
ullum habet, nec indigens ullorum bonorũ ſuorum eſt,
cum igitur in eodẽ ferè orationis contextu, ſemel egreſ
ſus ita de deo uero loquatur, ut nunc pluralis nunc ſin
gularis numerus uerbo, non proprietates quaſdam, nõ
poteſtates dei, ſed ipſum proferat, & primum quæ illic
ſunt extra primam lationem, quaſi plura ſint, deinde
immutabilẽ deum, & nullius egentem, quaſi unus ſit

dicat, quid aliud ſignificare uoluit, q; deum unum &
trinū eſſe? nihil profecto. Ego aūt hac in re, ita curio/
ſus ſum, ut etiam illud maximi eſſe putem momenti, q
cum deum neceſſario immutabilem eſſe dixit & omne
primum atq; ſummum ſtatim appoſuit, nullum eni pri
mum, nullum ſummū, immutabile eſt præter unū deū,
nam quæ ſumma, & prima in aliquo genere ſunt, mu
tabilia neceſſario ſunt, naturam enim generis ſui ſapi/
unt, nec eſt res ulla, quæ mutari nequeat, præter ue/
rum deum, q nō eſt primus rerum quaſi coordinatus,
ſed abſolute primus, nec comparatione ſummus, nec in
ordine rerum, ſed extra omnia, id enim ſibi uult quod
extra cœlum & ultra primam lationem, deus ſit. Si er
go ſolus deus, ſecundum ueritatem, quā etiam ipſe gra/
tiā dei cognouit immutabilis inuenitur, quid erat opus,
quaſi plura immutabilia ſint, quaſi plura ſumma, qua
ſi plura prima ſic ſermonem proferre, ut deū ſolum im
mutabilem aſſerat, & omne ſummum atq; primū un/
diq; profecto coarguitur, & trinum & unum eſſe deū
ſubintellexiſſe. Accedit quod adeo trinitatis afficitur
nomini, ut hinc ego ipſum, ad conſtituenda, tria omni
um rerum naturalium prima principia profectū eſſe
contenderim, quam mirabilem affectionem ſuam, in
problemate nono. x x y i i. particulæ oſtendit, nam cum
rimaretur, cur nocturnus boreas nunq; tertiam luce ex
cedat. Inter alia hæc adiecit, omnia uero in tribus fi/
nem aſſecuntur & minima in prima trinitate. Quare
hic quoq; ſpiritus, cultus adorationis, uelut græce di/
cam; latriæ uerba, quæ ſoli deo debentur. Hæc mihi ui

dentur, quæ res expreſſius lingua græca ſignificatur,
teluſthe enim finem, perfectionē, terminumq; aſſequi,
quo ſingula tendunt ſignificat, in trinitate aſſequun/
tur, omnium profecto rerum, finis ultimus & bonū ex/
tremum trinitas eſt, nam ſi non ſit, non erit ratio qua/
re in tribus omnia finem ſuum aſſequūtur, ſed ultimus
finis & primum principium re idem eſt, quod artes om
nes & natura ipſa oſtendit, nā & in artibus homo lo/
culum, homo nauem, homo domum condit, & homo fi
nis horum omnium ultimus eſt, & in natura finis effi/
ciens & forma, ipſo Ariſtotele teſte coincidūt, id eſt ra
tione ſola differētia, re unum ſunt, liquido igitur trini
tatem, omnium rerum eſſe principium & bonum extre.
mum, hoc eſt finem ultimum docet Ariſtoteles, præter
ea finis ultimus ſimpliciter, prima etiam omnium effici/
ens cauſa eſt, & prima omnium efficiens cauſa, ultimus
omnium finis neceſſario, ſed finis eſt qui expetitur, tri
nitas uero prima, ergo ab omnibus, duce natura expe/
titur, id omnium perfectio eſt, & quod alicuius perfe/
ctio eſt, id beatitudo quoq; ipſius, id eni nos quod per/
ficit, trinitas ergo beatitudo atq; perfectio rerū, ſuſcep
tiuarum omniū eſt, hæc profecto uerba latriæ ſunt,
quem uero maiorem cultum, quam inſigniorem poſ/
ſumus, deo adorationem mortales offerre? q; ſinceram
confeſſionem, quod ipſe & primum principium & ulti
mus finis rerum ōium? profecto nullā. Hic ſi eſſem pla
tonicus, uolumen & quidem magnum, conficerem, dū
de natura numerorum & de cauſa, cur iſti potiſſimum
& non alii ſcripti ſunt uerboſius, ut ipſi ſolent diſſere

rem, trium enim dierum ſpacio nocturnus boreas fi-
nem ſuum aſſecutus, ulterius flare non poteſt, quia cũ
ſit minimarum uiriũ, in prima trinitate perficitur, pro
blema uero iſtud nonum poſuit, ideſt in ſecunda tri-
nitate, quam ſi triplicaueris ·xxvii· tertiæ trinitatis ab
unitate profecto numerum inuenies, qui huic eſt attri-
butus particulæ, ita totus numerus ab unitate pfectus
& trinitatem ter reddit & unitatem, propter indiuiſi-
bilitatem, cõuoluitur & quaſi à linea in latitudinem,
& inde ad profunditatem corporiſq; ſoliditatem, &
quidem equaliter, equalem, equaliter, ſic enim cubum
appellant, perueniſſe, perſpicitur, cum arithmeticã fa-
ciat proportionem, linearis eſt is in ſe ductus nouena-
rium, quadratam ſuperficiem genuit, in quam rurſum
multiplicatus ·xxvii· cubum, equaliter equalem, equali
ter produxit. Quare & numeri & ductio & ſimilitu-
do corporis relata, unitatem & trinitatem ſummi dei
multotiens figurauit. Caſu hoc, non Ariſtotelis, compro
batione factum clamabunt platonici, ego contra, obſer
uatione propter affectionem, trinitatis factum contẽ
derim, & ſi reclamabũt, quæremus cur cum huiuſmo-
di expoſitionibus magna pars phyloſophiæ ſuæ con-
f.etur, ſaltem ſemel tale quid nobis quoq; perſtringere
non licebit, ſed ad alia iam tranſeundi tempus eſt, ſatis
enim adapertum eſt unitatem & trinitatem, trinitatiſ
q; ſummi dei ordinem Ariſtotelem profiteri, idq;, tum
temporis ueſtigio, tum ſacrificiis falſorum deorum, tũ
appellatione ſummi dei, modo plurali, modo ſingula-
ri, tum quod finem ultimum, & primum principiũ re-
rum omnium trinitatem, in unum & re & nomine re
dactam, ante oculos poſitum eſt, nomine, quia trini-
tas non abſolute tria ſed tria in uno, & unũ in tribus,
ſignificat, re, quia quodcunq; trinitatis ueſtigium, ca
pies, una id in re fundari neceſſe eſt. Vbi ſimilia his
apud Platonem inuenies? nullibi certe, oĩa enim uolu-
mina eius demonibus, diis execrabilibus, ſacrificiis ſan
guine belluarũ refertis & maleficis deniq; artibus re-
pleta ſunt, ſed multos ueritatis alumnos, à platonicis q
poſt ſaluatoris tempora, fuerũt deceptos fuiſſe arbitror,
omnes enim penè ut chriſtianiſmum euerterent, nõ ut
Porphirius aperte chriſto contradicere ſtuduerunt,
Sed callide atq; blande concurrentes, uniuerſam chri-
ſti doctrinam, à Platone profuſam, ſuadere homini-
bus nixi, facile quod uoluerunt, ab imperitis aſſecuti
ſunt. Sed inter alios Proculus maxĩe atq; Numenius,
quorũ alter tres trinitates, & nouẽ ordines in diuinis
Platonem poſuiſſe conatus oſtendere, ipſa re manifeſtũ
fecit areopagite Dioniſÿ uiri omnino celeſtis libros ſur
to ſibi arrogaſſe, præſertim cum ſæpius eiſdem uocabu
lis abſtractis atq; inuſitatis quibus etiam dyoniſius uti
tur. Numenius uerba ſcripturæ tam nouæ q; ueteris ac
cipiens, Platoniſq; accõmodare uerbis ſimulans, deci-
pit, nunquã eñi tria ſimul, rariſſime duo, ſed plerunq;
ſingula aliud, aliunde à Platone uerbum recolligens,
nec locus unde ſumpſerit nominans ita conglutinat, ut
Plato, ea ſcripſiſſe, quæ retulit, euangelium iis uideri
facile poſſit, qui platonicos huiuſmodi, magis q; Plato
nem ipſum hauſerunt. Qua quidem ex re, ingens chri

ſtianis omnibus, allatum eſt, detrimentum, græcis uero
adeo magnũ, ut nullum, aut dici, aut excogitari, aut
fingi maius queat, quod in huius uoluminis exitu, plu
ribus explicabimus.

### Quod amore ueritatis labor hic auctori ſuſceptus fu it, & de poteſtate nonnullorum uerborum.

NVnc tertiã huius uoluminis partem aggreſſu
ri præfari breuiter licet, ueritatis amore id no
bis opus ſuſceptum fuiſſe, quã tantũ cupimus
manifeſtã oĩbus eſſe, ut neq; obtrectatorũ, quos multos
aut Platonis reuerẽtia, aut ardẽti cõmotos ĩuidia fore
ſuſpiciamur, liguã timuerimus, neq; laborẽ, ſenes egro
tiq; recuſauerimus, q tãto maior eſt, quãto iaudita peni
tus apud cõmẽtatores Ariſtotelis excogitaſſe uidemur, ita
& nouā nos dicere plurimi accuſabũt, & accuſãdo ma
gnitudinẽ laboris oſtendent, & difficultate operis ſer
uorẽ, quo cõmoti ſumus, ſub aperiẽt, quippe quibus cõ
cedere neceſſe eſt noua nos hæc adinueniſſe Ariſtoteli
q; uere accomodaſſe. Sed hæc omnia minime nos tur
bãt. Quid enim ad nos, ſi nec græcorum adhuc aliqs,
nec arabum, nec latinorũ, hæc animaduertit, dum nos
hæc recte, ac uere animaduerterimus? hoc profecto
non nihil potius laudis q̃ uituperatiõis attulerit, quod
magno ueritati dio, ſoli hac uia opitulati ſumus, quæ
tantum poteſt aduerſus impios atq; infideles, ut nulla
excogitari efficacior uia humanitus poſſit, quæ quãto
noua magis eſt, tanto magis quia diu latuit, forſan mo



uebit indigne ſorentibus bonis; quod ariſtotelica hæc,
& uera profeſſio tardius fulxerit. Dicturi autem nũc
ſumus; quod Ariſtoteles à nihilo creata eſſe à ſummo
deo uniuerſa cenſuit, idq; quoniã per maxima res erat,
& phyloſophantibus illo tempore incredibilis, non ex
preſſe ullo in loco dictũ, & tamen ſi omnes ubi hac de
re mentio ſit, locos ſimul collegeris, nihil aliud uoluiſſe
oſtenditur, immo non eſt opus cũcta cõquirere, Vniuer
ſi enim id laboris & nunquã in finẽ exituri eſſe uide
tur, ſed ſolum ſi pauca paucis appoſueris, ueritas exili
re oculis cernetur, primum igitur, ut q̃ ordinatius fie
ri poteſt, tam arduam rem, tamq; confuſam, non Ariſto
telis ipſius culpa, ſed cum poſteriorũ ferè omniũ, tum
maxime rerum ipſarum difficultate in lucem protraha
mus, pauca de nõnullorũ ptãte uerborũ prelibabimus,
deinde rem ipſam, ut cunq; contigerit, locis ac uerbis
ipſius philoſophi in medium, quaſi teſtibus citatis, ante
oculos ponemus, creare, facere, generare, producere,
ceteraq; huiuſmodi uerba omnia ex materiæ potentia
prodire aliquid apud ueteres ſignificabãt, nã cũ produ
ctio ex nihilo ſimpliciter penitus eſſet illis ignota, nõ
potuit ignotæ rei uerbũ aliquod accõmodari, ſed do
ctores eccleſiæ re pcepta, creãdi uerbũ aliquãto poſt
Conſtantini principis piiſſimi tempora, in eã poteſtatẽ
acceperũt. Teſtatur id Nycenæ Synodi ſymbolum, in
quo factor omnium, non creator, deus prædicatur. Te
ſtatur Lactãtius qui, græcos imitatus, libellum de opifi
cio ſcripſit hominis, nã cũ græci quoq; ante Conſtan
tini tempora, uerbũ huic rei propriũ, nullũ accõmoda

rent rei, poſtea magnitudine admoniti demiurgie ei no
men attribuerūt, id latine opificium dicitur. Verū quo
niā nimiū anguſte id proferri ſolet, non enim tantā uo
cum multitudinem, hic habemus, quanta opus ſcripto
ribus eſt, hoc reiecto uocabulo, creandi uocē, loco ip
ſius admiſerunt, quæ longa iam & trita cōſuetudine
ſic firmata eſt, ut parū aduertētibus nunquā aliud ſi
gnificaſſe uideatur, hac de cauſa uir iſte ariſtoteles, di
co ad pandēda naturæ ſecreta & ad excolenda, inue
niendi iudicādiq; artibus hominū ingenia, diuinitus
ipſis datus, factū, genitum, creatum, à deo cœlum &
quæ cœlum conſecuntur, ſicut motus & tempus aper
te negat, quod multi & maxime platonici rudes atq;
indocti homines audientes, nullo pacto à prima cauſa
dependere mundū credidiſſe Ariſtotelem ſomniarunt.
Quod ideo quaſi portentum dictu mihi uidetur, quod
ubicunq; hac de re tractat Ariſtoteles, aperte oſtēdit,
nunquā aliter ſe, q̄ nos diximus uerba quæ diximus,
eiſq; ſimilia capere. Patet id à primo de cœlo & mun
do, patet a multis methaphyſicorū locis, ſed nobis habū
de ſuperq; erit ſtatim ab initio octaui phyſicorum hoc
approbare, dicimus ergo iquit, motum eſſe mobilis en
thelechiā inquātum mobile. Quare neceſſe eſt res eſſe,
quæ poſſint ꝑ ſingulos motus moueri, q libet ēt abſq;
diffinitione motus fatebitur, neceſſarium eſſe moueri,
quod per ſingulos motus moueri poſſibile eſt, ut puta
alterari alterabile, ferriq; per locum, quod mutabile eſt.
Itaq; oportet antea eſſe cōbuſtibile q̄ cōburatur & cō
buſtiuū anteq̄ cōburat, neceſſe igitur hæc quoq; aut

facta fuiſſe aliquādo cum non fuiſſent, aut eſſe perpe
tua, quod ſi unūquodq; mobiliū factum eſt, neceſſe eſt
ante acceptam aliā fuiſſe mutationē, motumq; aliū, quo
factū ideſt, quod poſſibile eſt moueri aut mouere neceſ
ſarium eſſe hic oſtendit, nihil fieri ex nihilo, quoniā fie
ri, gigni, creari & ſimilia, motum & tēpus ſupponūt.
Quare ſequitur, ſi quiſquā ex nihilo ſimpliciter gigni
quidpiā aſſerat, eum in ſeipſum cōcidere, ac ſibi ipſi re
pugnare, ut ſi motum diceres, aut tēpus factum eſſe,
motum & tempus fuiſſe, anteq̄ eſſet contenderes, nā
cū fieri nihil poſſit niſi ex materia, hinc uero nihil fiat
niſi mutatiōe quadam materiæ, mutari autem abſq; mo
tu nihil poſſit, nec motus itelligi abſq; tempore queat,
neceſſario ſibi ea regnat oratio, qua ex nihilo factū
quicquā aſſeritur, quod undiq; penè patet, ſed maxime
ex primo phyſicorum, ſicut ex quarto primi de cœlo
ac mundo ipſe teſtatur capitulo, omne iquit quot gigni
tur ex contrario & ſubiecto quodā gignitur corrum
piturq; ſimiliter ſubiecto quodam, & à cōtrario in cō
trariū, ut in primis ſermonibus dictum eſt, & paulo
poſt, hic uere inquit, uidelicet cœlo, nihil eſt unde fa
ctum ſit, non eſt opus plura colligere, nemini enim cui
paulo familiarior Ariſtoteles ſit, dubium eſſe poteſt, uer
ba huiuſmodi omnia nunquā aliter penes ipſum, q̄ ſi
cut diximus, accipi ſolere. Quoniā igitur factum eſſe
mundum negat, conſequenter, etiā in hac ſignificatione
uerbi efficientē aliquā eius cauſam eſſe, ſecūdū ipſum,
negabimus, & tamen imediate à primo pricipio depen
dere & ſecūdum eſſe, & ſecundum uiuere illum ipſum

ſecuti, prædicabimus, qui autem à prima cauſa, ſic ſecū/
dum eſſe dependet, hic profecto eſt īmediate ab ipſa pri
ma cauſa huius eſſe ipſum, à prima cauſa ſimiliter eſt,
cuius porro eſſe ipſum à prima cauſa ſic eſt, hic non ex
potentia materiæ motu, ac tempore operantibus euoca/
tus, ſed à nihilo ſimpliciter per creationē productis, ꝑ
creationē dico, ea poteſtate uocabuli quā nunc omnes
chriſti cultores intelligūt. Nec obſtat quia ꝑpetuū eſſe
aſſerit, quo uerbo id ſignificatur quod ita ſemꝑ eſt, ut
nunquā fuerit tempus nec ſit, nec futurum ſit, in quo
non ſit, ſicut ab ipſo in eodem octauo phyſicorū expo/
nitur. Quod ſi hoc īpoſſibile inquit, patet ꝙ motus per
petuus ſit, ſed non ut aliquādo eſſet, aliquādo minime,
ꝑpetuū igitur mundum, ac cœlum perpetuum, motū &
tempus dicit aperte, primū autem principiū non perpe
tuum, ſed æternū, eternū enim proprie appellat, quod
ſimul totum eſt, quod nullā habet extenſionē, & tamen
omnia continet, ſicut in primo de cœlo explicatur, ſed
inalterabilia īpaſſibiliaq; ait, ſunt illa uidelicet, quæ
ſunt ultra extremam lationē, & optimā atq; ſufficien/
tiſſimā habēt uitā tota æternitate ꝑdurant. Hoc enī no/
men diuinitus dictum à priſcis eſt, finis enī qui tempus
uitæ cuiuſq; cōtinet, extra quod ſecundum naturam ni
hil eſt, æon ſingulorum uocatur, eadem autem ratione
totiuſq; cœli finis, finis etiā, qui uniuerſum tempus infi
nitatemq; cōtinet æon eſt, nomenq; ab æi græce, quod
eſt latine ſemper, accepit. Eſt enim immortalis atq; diui
nus, unde cæterorum quorundam perfectius, quorun/
dam imperfectius, & eſſe, & uiuere ipſum depēdet, à

ſpicuum hinc eſt, ꝙ æon græce dupliciter, ſecundū ip/
ſum capitur. Primum cōmunius pro toto, cuiuſq; rei na
turalis ſpatio extra quod nihil eſt, deinde proprie pro fi
ne, qui uniuerſum tempus infinitatemq; cōtinet, quē la
tini finē, æternitatem appellant, hæc tota ſimul eſt, nul/
lam enim habet extenſionem, ut in duodecimo metha
phyſicorum legitur, uita inquit & æternitas tota ſimul
& ſemper exiliens in deo, non eſt ergo in ipſo extenſa
duratio, ſed ſtabilis ſemper, ac īmutabilis permanet,
ita ut ipſum ſemper, quod de æternitate dicitur, uere
ſemper ſit, quia idem, quia immobile, quia diuinum, à
quo tempus omne, ac omnis infinitas tēporis, quæ extē
ſa eſt, aut potius fluens, & non permanens continetur
atq; depēdet. Quod ut facilius ītelligatur, ſit æon hic
diuinus idem, æternitas, primi pricipii īmobilis, linea,
b, c, tangēs uolubilē globū, t, a, in pūcto, c, quod qua
ſi minio ubicunq; globum tetigerit punctum afficiat.
Cum igitur globus in perpetuū motu equali circa idē
cētrum, moueatur, deſcribit neceſſario, c, punctū, æter
nitatis in globo circulum, c, a, quem pro tempore capi
mus, quare ſit c, a, circulus in globo infinities reuoluto
deſcriptus ab ipſo, c, puncto, producitur, atq; ideo ue
re ab ipſo uel etiā à linea b, c, quæ nō differt extenſiue
à puncto ē, altius hæc intelligenda ſunt, ꝗ̄ ſcribi, dici
ue poſſunt. Contineri atq; inde dependere dicitur, ſic
tempus, quamuis infinitum ſit, in æternitate tamē con
tinetur & inde dependet.

## Quid Ariſtoteles ſenſerit de productiōe mūdi.

His de uerborum poteſtate breuiter dictis, pſpicua ſit opinio Ariſtotelis, de mundi totius productione, perpetuū eni eum dicit, ſine principio & ſine temporis, nec eſſe, nec eſſe productū in aliquo temporis momento, quoniam ſi ſic eſſet, daretur neceſſario primum nunc, quod ideo dari nō poteſt, quoniam præteriti, ac futuri terminus ſit, & tamen, ut diximus, à primo pricipio, & ſecundum eſſe & ſecundū uiuere aſſerit dependere, dependere autem non effectus à cauſa dicitur, ſed ille proprie, qui nunquā eſſe poteſt abſq; cauſa ſua, ſed ſi cauſam remoueris, ſtatī effectus quoq; dependens ab ea periit. Vnde à fabro lignario loculus nunquam dicitur dependere, nec ſtatua à ſtatuario, nec domus ab edificatore, & omnino artificialia nō dicuntur ab artifice dependere, nam opifice mortuo remanēt opificia. In naturalibus quoq;, quāuis à uite uites, à platano platanus, à cupreſſo cupreſſus propagatur, non dependet tamen propagatum à propagante, areſcit enim plerumq; hæc ad huc illa uireſcente, at calor ignis dependet ab igni, & ſplendor ſimiliter, depēdet igitur effectus à cauſa, quando ſimul ſunt, & non ſunt effectus & cauſa, aut ſaltem quando emanat effectus à cauſa, ut abſq; illa nullo pacto eſſe poſſit. Quare ſicut primum principium æternum eſt, & æternitas eius ſemper & ſimul tota, ita mundus & tempus ſemper ſunt, ſed non ſimul tota, ſed extenſiue, quoniā potētiæ annexa ſunt, unde enī actus ex potentia prodit, ibi motus eſt, ibi extenſio, ibi ſpatium, ibi numerus, ibi infinitas, non tota ſimul, ſed extenſiua eſſe poteſt, neq; id actu, ſed modo fluxus, ut aliud eius ſit, aliud præterierit, aliud futurum ſit. Hæc de productione mundi Ariſtotelis ſententia eſt, & quidem uerbis ipſius dilucide multiſq; in locis non breuiter ſolū tacta, ſed latius quoq; dicta, explicataq;, quæ tamen ab eo ipſo nobis altius repetenda eſt, ut enodacius dicta, nullam legentibus ambiguitatem relinquant.

## Quod non à natura dei, neq; ut pars à toto, ſed à uolumine dei dependet mundus, ſecundum Ariſtotelem.

Iam quoniam omnis à cauſa effectuum dependentia naturalis eſt, nec ipſam aliter q; naturaliter in rebus ſenſibilibus inuenies. Veritas autem catholica mundum, nō à natura dei, ſed à uoluntate prædicat dependere, ne longe aberraſſe Ariſtotelem, quiſpiam credat, aperiendum nobis eſt, non à natura primi principii modo, quod diximus, neq; ut partem à toto, nam hæc quoq; poteſtas dependentiæ nō nū q; attribuitur, ſed à uoluntate illius mundum ſecundum ipſum dependere, nam ut partem quidem dependere qui potuit cogitare? pars enim eiuſdem naturæ cum toto eſt, mundus eiuſdem naturæ, cum primo principio non eſt. Illud enim actus purus eſt totus ſimul, ac ideo indiuiſibilis, omnipotens, immortalis, atq; immobilis, in omnibus uero creaturis annexam eſſe potentiā ſcimus, ac ideo nihil eorum immobile omnino eſſe neceſſario coarguitur, motus enim eſt ipſius potentiæ in

*actum exitus. Quare mutatio quoq; atq; diuiſibilitas & mortalitas in aliis expreſſius, in aliis modo quodā eſſe uidetur. Quomodo igitur mobilia, mortalia, corruptibilia, quaſi partes ab immortali penituſq; immobili dependebunt, præſertim ſecundum eum, qui eundē eſſe partis, & totius motum atteſtatur, ita cum alius alii parte motus ſit, non erit immobilis deus, ſed cuilibet motus generi ſubiectus. Verum partis à toto dependentiam, nemo unquam ad deum, & creaturas trāſtulit. Quare nec nobis plura, de hoc uerba faciūda ſunt. Mundum autem, quaſi proprium accidēs à prima cauſa, dependere non dicam neminem crediſſe, ſed nonnullos ſcio hanc fatuitatem Ariſtoteli tribuiſſe, deceptos fortaſſis ab iis Ariſtotelicis uerbis, quæ ſcripta retulimus, aliiſq; ſimilibus, aperte namq; omnia dependere à principio clamat & ſecundum eſſe, & ſecundum uiuere, nam quamuis tempus ab æternitate contineatur, & eſſe in ſe habeat, nūquam tamen æternitas abſq; tempore, ſecundum ipſum fuit, & ſimiliter nunquam principium primum abſq; mundo, ſed quādo alterum abſq; altero non eſt & unū eſt cauſa alterius, tūc neceſſario habitudo inter illa duo ſubſtantiæ & proprii accidentis conſpicitur; hæc illi dicerent. Nos autē nō ſumus neſcii mūdū à deo pendere dici ab Ariſtotele, & cauſam mundi deum eſſe, ſed non produci mundum, à deo natura, ſed uolūtate ipſum ſenſiſſe aſſerimus. Primum enim multis eius dictis repugnat, nam ad cōgnoſcendam ſubſtantiam, & ipſum quid eſt, plurimum ait in primo de anima cōferre, per creaturas uero quidem deum eſſe cognoſcimus; quid autem ſit minime percipimus, nō ergo natura ſicut propriū accidēs, mūdus à deo dependet, à uolūtate igitur. Hi eni duo depēdentiæ modi relicti nobis ſolū modo ſunt. Quare ſi unus dictis eius repugnat, alter ſecūdū ipſum, neceſſario dādus eſt, prætera multæ ſunt oppoſitiones, quæ nullo pacto ſubſtātiæ & profluēti ab ipſa natura, licet quicquid illud ſit, ſiue accidens ſiue ſubſtantia, poſſunt cōuenire, corruptibile & incorruptibile, mobile & immobile, æternum & temporale. Hæc ita ſe habēt, ut quod ſubſtantiæ alicui congruit, id ipſum etiā profluenti ex ipſa naturaliter neceſſario cōgruat, extinguibilis ignis eſt, & corruptibilis, ſimiliter & calor & ſplēdor eius, mortalis & immortalis pater quiſpiā eſt, ſimiliter & filius, nullo enim modo fieri ſecundum doctrinā Ariſtotelis poteſt, ut ſubſtantia alicui æternitas, mortalitas, immortalitas, cæteraq; huiuſmodi congruant, & profluēti ex ea naturaliter, ſiue p generationē ſiue alio modo, congruant, quod niſi perſpicuum eſſet, non grauaremur, uerbis ipſius approbare. Verum cum undiq; pateat, fruſtra in rebus manifeſtis immorari ſuperuacaneū eſt. Cōueniūt autē oīa quæ dicta ſunt deo, ideſt, ut ariſtotelico more loquamur, primo pricipio, mundo aūt neq; ſecūdū totū, neq; ſecūdū ptē æternitas cōgruit, ſed neq; immobilitas ullo modo. Adhuc proprium accidēs, quaſi perfectio quædā eſt ſubſtātiæ unde profluit. Idq; non philoſophis ſolum perſpicuū eſt, ſed uulgo etiam adeo priſcis patuit, ut uel ipſa uerborum impoſitione certius fiat. Specimen enim latine ſpeciei pro*

prium quod ſoli & ſemper accidit, dicitur, grammati
corum, uulgus ornamentum ſpeciei cui accidit, merito
eſſe ſolent exponere. Creaturas autem, ſi quis pfectio
nis quidpiam aut ornamenti afferre, primo principio
dixerit. Inſanus non iniuria reputabitur, non prodit
ergo à primo pricipio mundus natura, etiã ſecũdũ Ari
ſtotelẽ. Altero igitur modo, uidelicet uolũtate illius, &
ſunt, & quæ sũt, & uiuũt quæ uiuũt nã aliter oĩa quæ
hac de re dicta ipſi ſunt inter ſe repugnabũt, quod fa
cile intellectu in ariſtotelica. exercitato doctrina eſt.
Inexercitato autem ne multis quidem, uoluminibus, di
lucidum fiet. Quare nec nobis, plura de hoc uerba re
petenda ſunt. Sed quid ad rem tuam platonicus aliqs
intonabit, ſi ariſtoteles in repugnantiam impellitur?
An credis non ignorare quo animo in auditores Pla
tonis, ſoleas inſultare, quia pugnantiam dicentem, in
cœlum extollunt, quomodo ergo nunc, quoniam mun
dum à primo principio dependere, ipſe ſcriptum aper
te reliquit, cum neceſſe ſit, aut à natura dei, aut à uolũ
tate, dependere. Iccirco à uoluntate dei dependentiam
hanc eſſe ſenſiſſe ipſum, garris, quia ſi à natura dixeris,
multa ſcriptorum ſuorum repugnabunt, & ſibi ipſi tã
tus uir contradicere comperietur. Nos, aut quia ſibi re
pugnat in multis, ideo minus doctum arbitramur. Ora
mus ergo ut equior in Platonem, & ſequaces ipſius ſis,
nec perturbatione aliqua, alterũ reſpuas, ſed æquo ani
mo & æquali affectione, utrunq; reſpicias, Mihi cer
te o platonice quicũq; dicturus hæc, & his ſimilia ſis,
nihil unquam ueritate optabilius fuit, nec Platonem
inſector, niſi quia plurimam orbi terrarum, offuiſſe ſcri
pta eius. firmiter credo, quod ita eſſe paulo poſt, ut ſpe
ro præ oculis, ponemus, nec Ariſtoteli alia magis de cau
ſa multum afficior, q̃ ꝙ è cõtra maxime uniuerſo proſint
orbi. Sed hæc alias qđ ad rẽ attinet, ego iure platonẽ,
quia ſæpe ſibi repugnat, aſpernor, Ariſtotelem uero re
cte ſenſiſſe non conuitio ſed ſcio, nec pugnantia ipſum
dixiſſe certior ſum. Depẽdere mundũ & ſecundum eſſe
& ſecundum uiuere à primo principio ſcribit, & hoc
dependentiæ uerbo, rem iſtam ſæpius exprimit. Tu na
tura dependere mundum, à deo non negas ipſum ſenſiſ
ſe, ego id pnego, ſi oſtẽderis hoc alicubi ab eo ſcriptũ,
dictum ue, fatebor ingenue, in repugnantiã ſibi oratio
nem incidere, ſi naturaliter à primo principio depen
dere omnia nunquã illi dictum eſt, cur tu ſic iniquus
es? ut qđ ipſe non dixit, quodq; uniuerſe doctrine ſue
& ueritati ipſi repugat, id ei nos inculcare uelis? depẽ
dẽt ait à primo cuncta ergo naturaliter? cur? ſi hoc ali
is dictis ſuis, nec paucis, non repugnaret, etiã ſi falſum
ſit aliter q̃ꝫ naturaliter depẽdẽtia dici poſſit, nõ clamarẽ
perperam, accipi à nobis dependentiã, ſed cum id repu
gnet Ariſtotelicæ doctrinæ, & falſum ſit, mũdus enĩ
non à natura ſed à uoluntate dei dependet, quare ſic
ſtultus atq; inuidus ero, ut falſa ipſi magis q̃ꝫ uera cõ
tribuam? Dependentiam hanc naturalem eſſe nullibĩ
ſcribit, & ſi quis naturalem eſſe fingat, in repugnãtiã
ipſum iniuria uocabit. Quare igitur quod non dixit,
quãdoq; ſibi repugnans eſt ſenſiſſe ipſum putabimus?
quia uidelicet inquies dependentiæ nomen, aut partis

ad totum erit, aut ſpeciminis ad ſpeciem ſuam, primū
in relatione creaturarum ad deum, ut tu quoq; fateris,
& nos aſſentimus, nullum habet locū, uerum igitur al
terum, nam tertius dependentiæ modus, temporibus il-
lis non erat intellectus, nec à uoluntate alicuius quid
piam dependere uſq; antea q̄ ueritas effulſit poteris
inuenire, uideo quo hæc tendat oratio, quaſi enim cun
cta ab aliis acceperit Ariſtoteles ita profertur, ego aūt
ut multa ipſum & ab aliis, & à Platone traxiſſe fate-
or, ita omnia in melius uertiſſe contendo, & quoniam
de ui uerbi diſſeritur, memineris uelim, quot ipſe de po
teſtate uerborum, tum in phyſicis, tum in methaphyſi
cis, tum in aliis uoluminibus paſſim, uera quidem, ſed
nunquam, animaduertens expoſuit, quam rem tibi uni
co aperiam exemplo, quis nunc ipſum, ceu pūctum in
tempore eſſe docuit, quis nihil aliud, q̄ præteriti & fu
turi terminum propriæ ipſo, nunc, dici explicauit, quis
ex tempore nihil eſſe præter ipſum, nūc, declarauit? ne-
mo ante ipſum profecto, niſi forte ſomniauerit, & ta-
men ſi quis altius perpendat, nunc aliud, nunc ipſum
ſignificat, niſi quod ipſe dicit, preſens enī tempus oſten-
dit, & hanc poteſtatem priſci uoci huic indiderunt.
Quare ſi nihil eſt ex tempore, niſi terminus, præteriti
& futuri, relīqtur neceſſario id ipſum ꝓpriæ ipſo nūc
ſignificari. Iccirco uſu dicendi, quod circa nunc aut ef
fluxit, aut imminet, facile cōtrahitur. Idq; uulgo præ
ſens tempus uocamus, nunc facio, nunc faciam, nūc fe
ci, quo uſu oſtenditur nihil eſſe præſens tempus, nec ex
ipſo eſſe aliquid præter nunc, ſicut ergo pleraq; omnia

uel ad inuenit Ariſtoteles, uel accepta ab aliis uſus eſt,
quod modo apertum, ex eo ipſo faciemus, nam hæc ita
tetigimus, quaſi nihil ipſe dixiſſet, quō demonſtrari poſ-
ſet, à uoluntate dei cuncta depēdere, nūc aūt pauca ex
eo adducemus, quibus non natura, ſed uoluntate mun-
dum produci probabimus, principio ſi quis diligētius
aduertit hæc cauſarum & cauſatarum rerū, ex primo
phyſicorum habetur, particio. Omnia quæ fiunt aut ꝑ
accidens fiunt, aut ſimpliciter, ſimpliciter fieri ſubſtan
tiæ dicuntur, & quoniam fiunt non erant, ſubdiuiſio
quædam huiuſmodi colligitur eorū quæ ſimpliciter fi-
unt, ideſt ex nihilo, huius diuiſionis primam partem ex
preſſe ab ipſo ſcriptam inuenies, alteram omnino tacu
it, non quia uera non eſt, ſed quia nihil fieri ex nihilo
phyſicæ, quaſi principium præſupponitur, ac ideo non
eſt phyſici eam ponere, emergit tamen atq; exiſtit ex
ipſo rerum ordine, nam ſicut cauſata tripartito ſcindū
tur, accidentia ex non ente ſimpliciter, ita & cauſa (re-
latiua enim hæc ſunt,) tripartito ſciſſa ſingulis accō-
modatur, & accidētium quidem cauſa propriæ ars eſt,
eorum uero quæ gignūtur ex non ente, hoc naturam
eſſe cauſam ipſe ait. Cum igitur primum principiū etiā
ipſius naturæ cauſa ſit, & natura ab ipſo dependeat,
à tali enī inquit in duodecimo, ſi recte memini, meta-
phyſicorum principio & cœlum & natura, depēdet,
neceſſe eſt, ut ipſius ſolius ſit ex nihilo res producere,
nam cum tria cauſatarum rerū genera ſint, cuiq; acci
dentia arti, ſubſtantiæ non ſimpliciter, ſed ex non ente,
hoc (ſic enim ipſa nomina nature accōmodentur, neceſ

ſe eſt reliquum tripartitæ ſciſſiõis membrũ, primo prin
cipio accõmodari, aliter nihil proprium habebit prima
cauſa in hac rerum productione, quod impoſſibile eſt,
non enim ignoramus talem in ſimilibus ordinem rerũ
eſſe, qualem in generibus animæ conſpicimus. Qua-
re ut ſenſitiua anima & uegetatiuam uim includit, &
maius aliquid habet, quod ſentit, & ſicut rationalis,
præcedentium utrarumq; retinet uires, & rationis bo-
no habũdat, ita natura & quæ artis ſunt, producit &
ſubſtantias facit, ſed utrunq; ex nõ ente, hoc & ex ma-
teria, relinquitur ergo ut primum principium aut ni-
hil ultra q̃ natura poſſit, aut ſi poteſt, id ſibi propriũ
ſit ex nihilo cuncta creare, primum dicere & nefas eſt
& in repugnantiam incidit. Cur enim principiũ rerũ
erit? & quidem ſi nihil ab ipſo producitur, nihil crea-
tur? non enĩ eo principium, q̃ quæ natura facit, ad ip-
ſum tandem referantur, ſic enim uires eius, naturæ ui-
res non excederẽt, quod ipſe negat, ipſa enim etiam na
tura dependet, ut ait, à deo, producit ergo & creat in
infinitum, perfectiore, altioreq; modo q̃ natura. Cum
ipſius etiã naturæ, princeps, dominus atq; creator ſit,
ab ipſo enim & cœlum & natura depẽdet, cum igitur
natura etiam ex non ente, hoc, producat, neq; relinqua
tur alius perfectior, atq; altior producendi modus, q̃
ille qui eſt ex nihilo, neceſſe eſt ut productio rerũ à pri
mo, ex nihilo ſit, naturaliter enim ab ipſo deo cœlũ &
natura produci non poſſunt, nã quæ naturaliter ab ali
quo dependent, partitione uero, quã expoſuimus, ex ni
hilo depẽdere mundum ex primo principio demonſtra
tur. Quis ob res, nemini iam dubium eſſe mentis com-
poti arbitror, uoluntate nõ natura primi principii uni
uerſa & eſſe & uiuere. Verũ de his hactenus. In ſecũ
do aũt phyſicorum, ubi de fortuna & caſu diſſeritur
hæc ſcripta ſunt. Sunt etiam qui cœli huius, mundano
rum quoq; etiam caſuum fuiſſe cauſam arbitrantur, à
cauſa enim reuolutionem atq; motũ fieri, qui hunc in
ordinem quicquid eſt, diſcernat atq; conſtituat, eſt au-
tem admiratione dignum, cum animalia & plantam,
nec eſſe nec fieri à fortuna dicant, ſed aut naturã, aut
intellectũ, aut aliud quid huius eſſe cauſam, quod ex
ſemine, huius cuiuſq; non fiat quoduis. Verum olim
ex huiuſce, & ex huiuſce, homo cœlum diuinioraq;
omnibus, quæ patent à caſu fieri, talem uero nullam
eſſe cauſam, qualem animalium dicunt atq; plantarũ.
Vide q̃ uehementer miretur, huiuſmodi potuiſſe inge-
nia hominum reperiri, qui & plantas, & animaliũ ge-
nera exterioribus cauſis, atq; cuiq; propriis produci
putarent, cœlo autem & perpetuis, ac diuinis tempori-
bus, nullã cauſam accõmodarent. Tria enĩ genera cau-
ſæ in exprobrandis hominibus inſanis hic numerare
uidetur. Semen, naturam, intellectum, ſeminale princi
pium nullum in ſuperioribus, habet locum, Immo aũt
duo ſolum principia enumerat, ſeminale nãq; natura
le eſt. Quare ſi natura non eſt, cœli principium intelle-
ctus omnino eſt, non eſt autem natura, quoniam & ip-
ſa, & cœlum à primo principio dependet. Intellectus
ergo, quid opus eſt pluribus? ipſe plerũq; clamat intel-
lectũ eſſe per primũ principiũ & intelligendo agere.

nec.n.alio mō potrit itelle ctus agere q̄ intelligendo.
Implicatur enim oratio ſi quis dicat intellectum, qui
nihil aliud eſt q̄ intellectus, aliter q̄ intelligendo age
re, erit enim intellectus, non intellectus, quod autē ab
intellectu, propterea agitur, quoniā natura, prius intel
ligitur, q̄ agatur, id neceſſario ea de cauſa producitur
quia intellectus uult, intelligere enim, & uelle idem
ſunt, in primo principio, etiam ſecundum Ariſtotelē,
ſimpliciſſimum enī eſt inquit & actus purus, niſi for/
te quis non eſſe in primo principio uoluntatem conten
dat. ſed impoſſibile eſt atq; repugnans. Intellectus enī
abſq; uoluntate, ſi recte percipitur & nec intelligi, qui
dem poteſt, nec mihi ueritatis alumnus aliquis, oppo//
nat, uerbum dei ab intellectu dei, & ſpiritum dei à uo
lūtate dici, atq; ideo impium eſſe de creaturis ſimiliter
loqui, nam & ſi uerba concurrere nonnunquam uide/
antur, longe tamen, immo in infinitum aliter q̄ creatu
ræ uerbū dei à deo emanat, & ſpiritus ſpiratur, nec
certe ab intellectu dei recte uerbum, nec à uoluntate
ſpiritum eſſe dixeris, ſed filium eo modo quo uerbum
ab intellectu, ſpiritum per modum uoluntatis rectius
dixeris. ſed nullam hic uerba, dum res recte percipian/
tur, faciunt differentiā, recte autem percipiūtur, ſi ab
eccleſiæ doctrina non recedunt, id eſt ille ſenſus eis ac/
commodatur, quem romana probat eccleſia, cui ſoli ut
ſtabilis in ueritate catholica permaneat, creator omni
um deus, clementiſſime largitus eſt, quod altius oſtēde/
mus, ſi dabitur otium ac facultas, quo poſſimus de uni
tate, ut optamus, eccleſiæ cōſcribere, à qua recedere ter

ribilius

ribilius nobis eſt, q̄ à uita decedere. Quare ſi quid aut
in his uoluminibus, aut in aliis excideret, quod parū
eccleſiaſticis de pietate chriſtiana dogmatibus cōgrue
re uideatur, nemo legentium obſecro credat, aliud nos
noluiſſe ſcribere q̄ eccleſia prædicat, ſed ad rem redea
mus. Si ergo creator intellectus intelligit, quod uult,
& quod uult intelligit, non natura certe nec cōpoſitus
ſit ex propriis accidentibus, & ſubſtantia ſua, ſed uolun
tate, hoc eſt, ut diximus, quia uult iccirco & ſunt, &
uiuūt uniuerſa. Video me lōgius in hac de productio/
ne rerum à primo principio ſententia ſecundum Ariſto
telem excurriſſe. Quare ſi unum ab ipſo locum tran/
ſcripſero, expoſueroq;, cætera huiuſmodi, quæ multa in
eo ſunt, ſtudioſis relinquā. In ſecundo igitur de gene/
ratione iuxta calcem legitur, quod obliquatio tum zo/
diaci, tum ipſius motus ſolis, qui circulum per mediū ſi/
gnorū ſuo motu deſcribit, cauſa efficiens generationis
atq; corruptionis eſt, quodq; hoc modo uniuerſum adī
pletur à deo, quia generationē facit continuā. Si ergo
uniuerſum adimpletū eſt, quia generatio facta eſt à deo
cōtinua. Hoc autem factū per obliquationē Zodiaci, &
motus ſolaris, præcipue oſtendit Zodiacum & ſolē &
omnino cœleſtia corpora, propter generationem facta
eſſe diuinitus, non cœlum principalis cauſa generatio
nis, ſecundum ipſum, ſed quaſi organica, atq; īſtrumē
talis. Natura enim inſtrumentum dei non iniuria dici
poteſt, & cœlum ipſum cuius motu, atq; ambitu hæc ī
feriora, & mouentur, & quieſcunt. Inſtrumentalis enī
cauſa proprie eſt, quæ gratia finis, non ſua, ſed ſuperio

I

ris alicuius cognitione operatur, natura uero nihil facit fruſtra, ſed omnia propter finem, & quidem optimum facit, nec ullo pacto cognoſcit. Gratia uero finis abſq; ulla cognitioue facere penitus impoſſibile eſt, nã quod ordine certo ſemper tendit ad finem neceſſario, aut cognoſcit finem, aut à cognoſcente dirigitur, propterea nuquam penè Ariſtoteles naturam dicit, nihil facere fruſtra, ſed deum naturam, ut oſtendat cognitione dei, nõ ſua, nihil fruſtra naturã agere. Hoc ipſum etiam inde aſtruitur, quod ſupra retulimus, quod uidelicet & cœlum, & natura, à primo dependent principio, dependent autem & ſecundum eſſe, & ſecundũ uiuere. Quare etiam ſecundũ quod mouentur, & operãtur, motus enim & operatio in animatorum uita, quodam modo ſua eſt. Si ergo generationem deus facit continuam, generatio autem continua motu cœleſtium corporũ fit, motus certe cœleſtes gratia finis facti ſunt, & mobilia igitur. Facti ſunt autem à primo principio, ab ipſo enim dependent, nam quod factum ab aliquo eſt, & præcipue propter finem, à uoluntate uel agentis cauſe, uel agentem dirigentis omnino factum eſt. Specimina uero nemo facta eſſe, aut fieri à ſubiectis unde fluunt dicere eſt, propterea quod natura emanant, non uoluntate, generatio autem facta eſt continua diuinitus ut ſaltem ſecundum ſpeciem, corruptibilia quoniam aliter non poſſunt ĩperpetuũ, ſeruentur & durent, motus uero cœli & cœlum ipſum propter generationem. Quas ob res non à natura dei, ſed à uoluntate mundus dependet ſecundum Ariſtotelẽ. Sed forſan dixerit quiſpiam



propter finem aliquem ſpecimina emanare a ſubiectis ſuis, quare ſi cœlum quoq; propter finem à deo depẽdet, non erit hoc argumento, à uoluntate dei, & non à natura, ipſum dependere, cum finis gratia utraq; ſint, & quæ natura profluunt. Sed quæ natura prodeunt, ideo precipue prodeunt, ut illa unde prodeunt, perficiant, nam & ſi quis alium propter ſubiecta ſua, ſinẽ ipſis accomodauerit, hunc tamen nequaquã negabit. Deo autem nullam afferunt creaturæ perfectionem, nec finem cuius gratia propter quem producere mundũ deus uoluerit, alium fingere poſſumus, niſi bonitatem, quia enĩ bonus eſt, & ipſum bonũ, ideo creaturas producit atq; conſeruat. Quis uero ignorat, quæcunq; aliquis agit, quia bonus eſt, ea uoluntate nõ natura, fieri ab ipſo? bonum enim uoluntatem mouet, nã ſicut color ad uiſum, ueritas ad intellectum, uox aut ſonus ad auditum, ſic bonum ad uoluntatem ſe habet. Itaq; undiq;, ſiquis recte conſiderat, & pleraq; alia, quæ, ne lõgiores ſimus, ſpõte prætermittimus, ab Ariſtotele dicta diligẽtius examinet, ĩueniet & ſecundum ipſum, nõ à natura dei, ſed à uoluntate, mundum & creaturas omnes depẽdere.

## Quo pacto à libera uoluntate dei dependere mundum Ariſtoteles opinatur.

SEd perſtringamus totam hanc rẽ, breuiter & ſententiã Ariſtotelis aperte denodemus, ut facile quiſq; perſpicere queat, omnia quæ de productiõe rerum ſcripta ſibi feruntur, huc liquido ferri. Obſcu-

re namq; res omnes magnas ipſe tradidit, uel quia ſic
ædendæ hæ ſunt, ne uileſcant uulgo propoſitæ, uel quia
periculoſum erat temporibus ſuis dilucide illa dicere,
quæ remota erant ab opinione comuni, uel quia legenti
bus multo utilius eſt, ſic res grandes conſcribere, tum
ad exercitationem legentium, ut plura inueſtigãdo in
ueniant, tum ad fidem, nam qui obſcure dicta intelle-
xerit enodaueritq;, is quaſi ſua ſint, quæ exponendo
dixit, ita ipſa, & diligit & amplectitur, qua ratiõe fa-
ctum eſt, ut excellentiſſima ingenia multa nobis de ari
ſtotelica philoſophia, hoc eſt de natura rerum, uolumi-
na reliquerint, ꝑpetuus eſt mundus, & creature om-
nes ſecundum Ariſtotelem, aut ſingule ut ſol, luna, cæ-
tera huius, aut ſecundum ſpetiem, ut corruptibilia uni
uerſa. Perpetuũ uero ſic æterno correſpõdet, ut æternũ
totum ſimul & immobile tam per ſe, ꝙ per accidens
ſit, (Nulli enim motui ſubiicitur) ꝑpetuum autẽ ipſum
motus ſit, aut motui ſubiectum, per ſe, uel per accidẽs
aut moueatur, aut moueri poſſit; aut ſaltem motu, uel
menſura motus, ideſt tempore menſuretur, nullum uero
medium inter æternum & perpetuum poſuiſſe Ariſto-
teles uidetur, id dico, quoniam uideo poſteriorum non-
nullos, euum inter iſta ponere, ſed hoc nihil ad rem. Mũ
dus igitur perpetuus eſt, ut ipſe ait, ita, ut nunquã tem
pus in quo non fuerit & tempus ſemper fuiſſe & futu-
rum eſſe, quod cæteri quoq; omnes phyloſophãtes arbi
trabantur, præter Platonem, nam ſicut in octauo phy
ſicorum, dicitur. Plato ſolus tempus generat, hoc eſt,
non perpetuum putat, ſed ſimul cum cælo productum

cæteri uero cælum quidem, & mũdum factum eſſe, tẽ
pus uero præfuiſſe, immo ſemper fuiſſe, nec mundum
in tempore ex materia factum, omnes enim inquit in
octauo primi de cælo capitulo, mundum factum eſſe
aiunt, perpetuum igitur mundum, hoc eſt ſemꝑ fuiſſe
ſemperq; futurum & tamen à uoluntate dei depende
re Ariſtoteles cẽſet, ideſt, ita eſſe à uolũtate dei, ut ideo
ſit, quia deus uult, & ſi uolũtatem dei ſubtraxeris, mũ
dum illico ad nihil reduxeris. Hac etiã de cauſa non ui
detur poſſe naturaliter ratio excogitari, quare cum bo-
nitas dei æterna ſit, & uoluntas immutabilis, mundus
perpetuus non ſit? Cur enim prius nihil fuerit, deĩde
mundus? aut cur in hoc potius momento, ꝙ in alio pro
ductus ſit? Hæc ita inſolubilia ſunt, ut per ſolam reue
latiõem patefacta fidelibus uera, ſicuti ſunt, uideãtur:
Credimus enim ĩmutabilem, dei ac liberam uolũtatem
æternaliter cõſtituiſſe in illo momento mundum creare,
in quo ſacrarum litterarum authoritas ait, creatum fu
iſſe. Illud etiã patet nõ poſſe ſcd̃m Ariſtotelẽ dici, crea
tũ ſiue productũ fuiſſe mundũ à deo, ſed produci ſemꝑ
atq; creari. Nam quod à deo ſemper depẽdet, id ab eo
ſemper producitur atq; creatur, quod ideo uerum eſt,
quoniã deus actus purus eſt & propterea omnipotens
nõ extenſiue, ſed intenſiue. Extenſiue omnipotens eſſet,
ſi non niſi in tempore operetur. Quo pacto natura om-
nipotens eſſe uidetur. Omnes enim res generabiles atq;
corruptibiles, in tempore producere poteſt. Deus uero
non in tẽpore agit, ſed momento, non temporis, nã ſicut
extra lationem primam eſt, ita & extra tempus omni-

no, ſed, ut ſic dixerim, æternitatis. Quicquid enī in tēpore agit ſolum, purus actus eſſe non poteſt, quapropter nulla re alia deus eget, nec ullū aliud requiritur, ut creet atq; producat, aut ex nihilo, aut ex aliquo, ꝙ ut uelit, à uoluntate igitur ſua, ſic omnia dependent, ut ideo ſint, quia eſſe ipſa uult. Finge enim nolle, in nihilum ſtatim omnia reuertentur. Vnde etiam ſequitur factum mundum non eſſe, hæc enim uerba ex materia ſignificant, mundus uero non eſt ex materia ſecundum ipſum, quia neq; in tempore, nam quæ ex materia fiūt, in tempore fiunt; totum ergo compoſitum materia dico ſimul cum forma ſua. Hoc eſt mundus ipſe, non in tempore, neq; in aliquo temporis momento à deo producitur, ut nec prius tēpore producatur, neq; poſterius, ſed ſimul cum tempore. Simul enim ſunt & non ſunt cœlum & motus eius, motus etiam cœli & tempus ſimiliter. Quare cœlū quoq; & tempus. Quod autem ſiquis fingat deum remouiſſe uoluntatem ſuam à mundo, confeſtim, non ad materiam, ſed ad nihilum omnia reuertētur. Inde perſpicuum eſt, ꝙ principia ſua ſolent, cūcta reuerti, principia dico elementa unde ſunt, ut domus ſi ruat, ad lapides & tandē ad puluerē reducitur, auertes inquit Pſalmiſta faciem tuam & in puluerē ſuum reuertentur, nam cum ſingula quæ gignuntur ex materia naturaliter fiant, neceſſe eſt, ſi deus, unde ipſa quoq; natura dependet, uoluntatem ſuam à ſingulis auerterit, hoc eſt nolit ea eſſe, ut in materiam ſuam recidat, ſed mundus non ſit ex materia ut diximus, ſed totum ſimul eſſe ſuum, ex materia & forma compoſitum, à primo principio dependet. Quas ob res, ſi deus uoluntatem ſuam à mundo auerterit, nihil penitus remanebit. Præterea quæcunq; ſiue natura, ſiue arte ex præexiſtēte materia fiunt, ea materie ipſius natura, uiribuſq; ſubſtētantur. Vnde opera remanēt ex cunctis opificibus. Contra igitur etiam quæ non fiunt ex materia, ſed cum materia producuntur, quia non natura neq; materie uiribus, ſed uoluntate producentis ſubſtentantur ad nihilum deuenient, ſi producēs uoluntas, ſeipſam inde auerterit, quomodo enim ſubſtētabuntur, ſi principium unde dependent remoueris per materiam, at illa quoq; ſimul cum toto producitur, & quia non præfuit remanere non poteſt. Hæc ergo ut breuius repetamus, Ariſtoteli ſententia eſt, mundum à deo produci & ab eo ſemꝑ dependere totum ſimul ita, ut ne materia quidem prima præfuerit, nec re nec ratione ſiue natura, nec quouis pacto, & produci ac dependere à uoluntate dei libera ut eſſe perpetuum, atq; ingenerabilem, quia nullū pricipium temporis habet, & incorruptibilem, quia nullum temporis terminum habebit. Cōferas hæc ueritati catholicæ, non diſcrepāt niſi in uno. Veritas enim catholica, principium mundi per reuelationem nobis tradit, non ꝙ in tempore factus ſit, aut ex materia, ſed ꝙ una cum tempore, & ſimul cum materia ſua productus ex nihilo. Plato autem, pudet dicere, figmentis deceptus poeticis materiam præfuiſſe ait, ex qua deus mundum effecit, coeternam enim materiam deo, nec ab eo productam, & ipſe & omnes qui ex materia facta omnia putant, ex inſania credunt. Hæc opinio uel potius ſi

ror, multo ante Platonem ferebatur, Heſiodus enim chaos dicit mũdo præfuiſſe, quaſi maſſam incõpoſitã, atq; informem. Obſtrepant nunc quicunq; ſiue græci ſiue latini, accõmodatiorem Platonem, eſſe ueritati q̃ Ariſtotelem. Non facit inquiunt mundum, perpetuum Plato. Accõdatior ergo, uere nanq; credimus non eſſe perpetuum, at eum ex materia producit, & materiam æternam putat, quod multo peius eſt q̃ mundum prædicare perpetuum, ſicut Ariſtoteles ſentit, quid eni magni deus habebit, ſi quemadmodũ opifices, nihil agere poſſit, niſi ex materia, aut quomodo materia erit coeterna deo? quomodo ante tempora? hoc eſt ſine tẽpore fuit, quomodo abſq; forma penitus ꝑmanebat? ubi erat? nam & locum fuiſſe neceſſe eſt, antequam cœlũ eſſet, quod ſi nec in loco nec in tẽpore erat, nec per ſe nec ꝑ accidens, deus etiam ipſa eſt, deo enim ſoli hæc cõgruunt, & ita duo prima, Platonẽ ſecuntur principia, quorum neutrum ſub altero eſt, Alterum ſumme bonũ, alterum quo nihil peius, nam cum duo ſint quæ capere in hac uita non poſſumus, deus primus & materia informis quam primam uocant, deus inquiũt platonici cõcipitur, ſi quicquid boni ponitur, non illud primum, deum, ſed illo melius, aliquid ſemper opinemur. Materia uero ſi contra quicquid mali dixeris, non illud primũ deum, ſed illo melius aliquid ſemper opinemur eſſe materiã putes, ſed illo peius aliquid. Quas ob res duas manifeſte ſubſtantias principia & quaſi deos primos rerũ omnium, platonici dicunt, deum primum & materiam primam & alteram cæteris rebus omnibus meliorem, alteram peiorem, illã ſenſus rationis, uitæ, lucis, omniũ bonorum, hanc inſenſationis, mortis, tenebrarum fontẽ eſſe. Quare omnia, non à catholica ueritate ſolum, nec ab ariſtotelica diſciplina, uerum etiam ab omni ratione, ac ſenſu remotiſſima ſunt, non autẽ ignoramus putaſſe non nullos, mundum etiam à Platone perpetuitate donari, quod ſi quis uerum eſſe contendat, libenter admittemus, quod pro nobis eſt, ſed quantum ad rerũ exordia pertinet, contradictio implicat, nã qui ex materia mundum producit, delirare magis, q̃ philoſophi more naturam rerum exponere, uidebitur.

### Quod Plato poeticæ ac per figmenta, de anima & immortalitate ipſius loquitur, ariſtoteles demonſtrat.

SEd ſatis iam de productione rerum, à primo principio dictũ eſt, nũc de humano animo quid uterq; ſentiat dicendũ, multi enim quaſi immortalẽ Plato animum apertius dixerit, uerba magis q̃ rem cõſiderantes, diuinum illum hominem & eccleſiæ utilem fuiſſe prædicat, hominẽ, proh nefas, à quo hæreſes omnes, & ſcelera uel orta ſunt uel aucta firmataq;, ſed de hoc alias, nunc de anima quid uterq; dixerit, ſenſeritq; uideamus, im mortalis ait Plato animus eſt, q̃d mirum? nã hoc ante ipſum, poetæ multi & præcipue Homerus cecinit. Tartara, ſtigem, acheronta, & helyſios campos, nulla ratione, niſi authoritate poetarum, cõmotus deſcribit, q̃d magni dicit, q̃ fabulas recitat, quas

non ipſe finxit, ſed à priſcis accepit, animos à corpore ſe
paratos uehiculo ferri cenſet, ſed id quod alienum, non
ſuum eſt, nam quod poetæ umbrã appellant, id Plato,
ut ſuum aliquid dicere uideretur, uehiculum nomina-
uit. Vmbram enim poetæ animi uocant, in qua cerni
tur animus, & in qua mouetur, localiter quippe ipſum
uiſibilẽ eẽ umbrã, uiſibilẽ ipſum imobilẽ localiter, qa
incorporeus eſt, quod uero ꝑ locũ mouetur mẽſurat lo-
cum, qui nõ poteſt, à re incorporea menſurari, q. n. men
ſurabitur ſpatium à non ſpacio? Vmbram autẽ putat,
poſſe per locum moueri. & metiri ſpatium, quia magni
tudinem habeat, licet non corporis, ſed ſuperficiei. In
umbra igitur putant ſua, & cerni & moueri animum
hæc ipſa Plato per uehiculum animo tribuit. Quas ob
res, nihil inter ipſum, & poetas, ſi uerborum crepitũ
abſtuleris, inter eſt, adde quod non humano animo ſolũ
ſicut poetæ, ſed omni ſimpliciter animæ immortalitatẽ
largitur, Rudem hominem atq; iniquũ, ne turpiſſimũ
dicã, qui porcis, uermiculis, qui ſcarabeis eundẽ ani
mum quem hominibus, dedit. Quid iſtis & catholi-
cæ ueritati commune? nihil prorſus; quid quod animos
de corꝑe in corpus, & de belluis in belluas trãſire ita
credit, ut ab hominibus in beſtias, & conuerſo prouo
luantur. Nec ueritus eſt, quod ex iſtis ſequitur, quod &
ipſe aliquãdo, ſcarabeus & fuerit, ac ẽ ſtercorũ globis
editus, ipſis quoq; aleretur, & futurus forte ſit. O quã
multis deplorare poſſem, ſi longiore in re tam clara uti
excurſu uellem, Quid horum ſimile, Ariſtoteles, aut
quid cum de anima diſſerat, alienum à catholica ueri

tate ſenſit, audeo prædicere, quod uerũ eẽ res ipſa oſtẽ
det, plurimũ pietati chriſtianæ in hac re, ſicut in mul-
tis quoq; aliis, ipſum, uel uerius loquar deũ, per ſcripta
ipſius contuliſſe. quicquid enim in creaturis, boni eſt,
ab eo eſt, nihil aliud q̃ bonum eſt, animum humanum
non uerbis tantum, ut Plato, nec communibus locis &
argumentis futilibus, aut à natura rerum remotiſſimis,
ut platonici omnes, ſed rationibus rebus accõmodatiſſi-
mis imortalem eſſe demonſtrat, immortalem enim eſ-
ſe cenſet, ſi ſeparabilis eſt à corpore, ſeparabilem neceſſa
rio, ſi corporeo non utitur organo. Organum porro ſibi
corporeum, non eſſe, his uerbis oſtendit. Quo circa in-
quit, nec rationabile eſt corpori eſſe intellectum ꝑmix-
tum, fieret nanq;, qualis quidẽ, aut calidus aut frigi-
dus, organumq; ſibi eſſet, ueluti & ſenſitiuo, nunc ue-
ro nullum eſt, recte igitur, qui dicunt animam locũ eſ-
ſe ſpecierum, præterquam quod nec tota, ſed intellecti
ua, non actu, ſed potentia eſt ipſæ ſpecies, quod impaſ
ſibilitas ſenſitiui, atq; intellectiui ſimilis non eſt in ſen
ſu ac ſenſus organis patet, ſenſus enim ex uehemẽtia ſen
ſibilis ſentire non poteſt, ueluti ſonum, ex magnis ſonis,
nec uidere nec olfacere, ex uehemẽtibus odoribus, aut
coloribus, at intellectus, cum ualde intelligit, non mi-
nus ſed magis inferiora intelligit, ſenſitiuum enim non
eſt abſq; corpore, intellectus uero ſeparabilis, ecce q̃
breuiter ſeparabilem eſſe animum humanũ, quia nul-
lo utitur organo, accõmodatiſſima, rebus ratione demõ
ſtrat. Quod aũt id immortale putat, qđ à mortali cor
pore, ſeparabile eſt perſpicuum facit, cum dicat, ſolam

intellectiuam animam ſeparari poſſe, ſicut immortale à corruptibili. Separabilē uero, eam animi partem, hic demōſtrat, quam ipſe intellectū potentia nominat, quē poſſibilem communius dicimus. Quare multo magis neceſſe eſt intellectum actu, quem multi agētem dicūt, ſeparabilem eſſe, res enim omnis per actum id eſt quod eſt, non per potētiam, quod ſi duæ animi partes actus & potētia ſeparabiles ex operatione poſſibilis intellectus demōſtrātur. Quis dubitabit totum animum, ſeparabilem atq; immortalem eſſe ſecundum ipſum? Quid illud, quale ē, q̄ breue, q̄ uerū. Tūc ipſe ſe quoq; ipſum inquit poteſt intelligere. Quod aūt ſe ipſum percipit, id in ſeipſum conuertitur, quod in ſe ipſum cōuertitur, idem materiale atq; inextenſum eſt, extenſum cōuerti in ſe ipſum non poteſt, nec totum in toto, & quælibet pars in quālibet conuertatur atq; ita non ſit extenſum, q̄d extenſum eſt, ſitq; uera contradicctio. Quare cum animus ſit ſeparabilis à corpore ſecundum Ariſtotelē, immortalis quoq; neceſſario eſt.

Ariſtotelis de animi natura ſententia latius explanatur.

SEd proſequamur ſententiam de animo ſuam altius, uel, quia pauci aut potius nulli, mentē eius, in hac re perſpexiſſe uidētur (omnes penè non illius ſenſum ſcrutantur ſed adoptionem propriam trahere conātur) uel quia perutile, ut re ipſa uidebitur, erit, tantam rem nō prætterire ſilentio. Hinc enim ſeparatarum omnium ſubſtantiarum, quas alii intelligentias, alii communi nomine angelos nuncupant, prout hac in uita poſſibile eſt, ſubintelligetur, hinc intellectualis ſtatus, quodammodo cognoſcetur, hinc deniq; gradu facto, ſoli creatori omnium uera ſimplicitas in eſſe perſpicietur, nam quoniam animus ſeparatus iam à corpore ultima intelligentiarum eſt, neceſſe eſt per cognitionē ipſius, ad ſuperiora conſcendere. Vegetatiuam igitur naturam, & ſentiuam Ariſtoteles mortalem opinatur, ſolam uero intellectiuam immortalem eſſe demōſtrat, cuius eſſentiales partes duas eſſe aſſerit. Intellectū potentia, & intellectum actu, nam quoniam ſemper ſuperiorum, tanquam imagines ſunt, à ſenſu carentibus corporibus, ad uegetantia peruēitur, ab his ad ſenſum, à ſenſu ad rationem, ſic à compoſitione corporum, compoſitio ſeparatarum ſubſtantiarum, percipitur. Omnia enim compoſita ſunt præter primum, nam quoniam eſſentialiter differunt à primo, cum eſſe primi nullam habeat compoſitionem, erunt neceſſario cætera omnia eſſentialiter compoſita. Quare ſicut corpora ex materia & forma eſſentialiter componūtur, ſic erit ſimilis quædam intelligentiarum compoſitio. Vnde ſicut eſſentiales partes corporum materiam ac formam, nominauit, ſic eſſentiales partes intelligentiarum, intellectum potētia, & intellectum actu nuncupauit, non enim uult eſſe in illis materiam & formam, ſed proportionales partes intellectualibus ſubſtantiis congruas. Et quoniā in materia corporali potentiā in eſſe uidebat & in forma actum, intellectum potentia & intellectum actu, eſſen

tiales ſeparatarum ſubſtantiarum partes appellauit, eiſdem enim nominibus omnium intelligentiarum, cōponentes partes denominandæ deſunt, ſicut & omnium corporum partes materia & forma dicuntur, & ſicut nobilior & uilior, adeo inter diuerſorū corporū materia cernitur, ut alterius atq; alterius generis eſſe uideatur, & forma ſimiliter, ſic in intellectuali quoq; mundo eſſe credendum, nam in ſenſu carētibus corporibus magnam, eſſe differentiā quis non uiderit? quippe alia ſaxorum, alia gēmarum materia eſt, & forma eodē modo correſpondens, uiliores enim ſunt utreq; partes in ſaxis, nobiliores in gemmis, id ipſum in plātis & in animalibus cōſpicere licet. Quod ſi quis hæc inferiora corpora, celeſtibus cōferat, quamuis & i illis materia & forma corporea inſit, tam magna, tamen huius inferioris naturæ ad illam ſuperiorem differentia eſt, ut uix dici poſſit. Vnde quantum inter formas quoq; interſit, excogitare aut ſaltim imaginari poſſumus. Intellectus ergo potētia & intellectus actu, intelligētiarū partes dicūtur, eæ in animo qui extrema infimaq; intelligentia eſt, uiliores ſunt, ſi ad partes ſuperioris intelligentiæ conferuntur, & illius ſimiliter, ſi ad altiora cōparantur, multas enim intelligentiarū ſpecies eſſe, quas genere ſic appellamus, tum ab ipſo Ariſtotele, tum maxime à diuinis ſcripturis didicimus. Sed ipſe numero motuum, numerum earum in methaphyſicis rimatur, nulla enim alia humanitus ratio & uia excogitari potuiſt. Verum hæc, ita ſe habere ſecundum Ariſtotelem uerbis ipſius primum oſtendemus, deinde pauca eorū

quæ hinc conſequuntur, queq; utilia legentibus iudicabimus, in lucē proferemus. In methaphyſicis igitur ſolum, primum principum, enthelechiam eſſe, purum actum, aperte aſſerit & ubi unum eſſe cœlū, ideſt mundum & totum uniuerſum, hæc enim una ſignificatio nominis huius eſt, ut in octauo primi de cœlo ipſe diſtinxit capitulo. Vbi ergo unum eſſe mundum in methaphyſicis aſtruit, per unitatem id primi pricipii facit, ſi enim multi eſſent inquit ſpecie, ſpecie ſolū unū eſſet primū pricipium, numero aūt multa, ſed quecūq; numero multa ſunt, materiam habent, primum uero non habet materiam, enthelechia enim, eſt. Vnum ergo & rōne & numero, materiam hic non corporeā, ſed proportionalem ideſt, potentia intellectum, intelligit, ideo ſtatim intulit, enthelechia enim eſt, nulla igitur in primo potentia eſt, Quare, unum & ratione hoc eſt natura, & numero eſt, ſi ergo primum ſolummodo non habet materiam, nec multa eſſe prima poſſunt. Patet cætera omnia præter primum materiam habere ſibi proportionalem, ſecundum ipſum, præterea, intelligentias, quas etiam motores orbium, appellat, numeroſas facit, nec differt ſi ſingulas ſingulis motoribus naturas attribueris, nihil enim id modo ad rem, ſed cum numeroſi ſint, nullus ipſorum primum ſimpliciter eſt, Quare ſi ſolum primū materiam non habet, motores omnes certe materiam habebunt, ſed corpoream habere nō poſſunt, quia ipſi corpora nō ſunt. Intelligibilem ergo & ſibi proportionalem, hanc intellectum potētia nominat, ſed potentia ſine actu nihil quodammodo eſt.

Motores autem actu motores ſunt, compoſiti ergo ſunt ex actu & potentia. Ad huc motus oīs actus eſt eius quod in potentia eſt, inquantū huius, & mobilia ergo in potentia quodammodo ſunt, motores aūt mobilibus proportionantur, quare potentia quoq; in illis quedam ineſt, ex intellectu igitur potētia, & ex intellectu actu compoſiti ſunt per Ariſtotelem, ſic enī potentiā & actū illorum appellat ut diximus. Sed ut omnē ambiguitatem, tollamus, uerba ipſius quæ in tertio de anima ſcribit hic ponamus. Verum quoniam inquit in omni natura, eſt aliquid unicuiq; generi materia, id autem eſt quod potentia eſt illa omnia, aliud uero cauſa & efficiens, eo q. omnia facit, ſicut ars ad materiam paſſa eſt, neceſſe eſt in animo quoq; has eſſe differentias, & eſt hic quidem, huiuſmodi intellectus, eō q. omnia fit, ille autem, eo q. omnia facit, ut quidam habitus, ueluti lumen, nam & lumen eos qui potentia colores ſunt, quodammodo actu colores facit, & hic intellectus ſeparabili immixtus, & impaſſibilis eſt, cū ſecundum ſubſtantiam actus ſit, nam ſemper honorabilius eſt quod agit, q̄ʒ quod patitur, & pricipiū q̄ʒ materia, & paulo poſt, cum uero ſeparatus fuerit, id ſolum eſt quod eſt, & id ſolum immortale, atq; perpetuum eſt, non recordamur autem quoniam id quidem impaſſibile eſt, paſſiuus uero intellectus corruptibilis, quo ſine nihil intelgit. Diligenter animaduertendum eſt, quod in antecedentibus, intellectum potentia (de ipſo enī primum egit) immixtum, impaſſibilem, ac ſeparabilem demonſtrauit, Ex quibus ſequitur ſobſtātium ipſum eſſe nō ac

cidens,

cidens, & inextinguibilem, atq; immortalem, potētiā igitur intellectu, quid ſit, quantum fieri poteſt, explanato hoc medio, intellectum actu requirit, an ſit, & quod eſt opus eius. In omni enim natura inquit, aliud eſt ſicut materia, aliud ſicut forma, ſcilicet aliud eſt quod omnia non ſimpliciter, ſed quæ ad eandem naturam pertinet, fit. Et hoc eſt quod ait, unicuiq; generi materia proportionalis uidelicet actui, aliud quod oīa ſimiliter facit, quoniam ergo inquit ſic eſt in omni natura, in omni re ſubſiſtenti, ſcilicet atq; compoſita, nihil enim hinc excipit præter primū, neceſſe eſt in animo quoq; eſſe differentias & eſſe pricipiū eius, aliud quod omnia facit, uerum ne quis corporeā ineſſe animis materiam, & formam ſimpliciter putet, ideo de actu intellectu ſtatim dixit, ut quidam habitus ueluti lumen, nam & lumen eos qui potentia colores ſunt, quodāmodo actu colores facit. Potentia enim colores ſpetiebus in paſſiuo intellectu, hoc eſt in phantaſia uel cogitatione, reconditis, cōtulit. Lumen uero actu intellectui, nō eſt enim formale principium, idem materiali, ſed cōpoſitione utriuſq; unum fit. Quare ſimilitudine hac uſus eſt, non ut compoſitionem animæ oſtenderet, ſed ipſius intellectus actu naturam patefaceret. Vnum illud etiā quodammodo ſubaperitur. Lumen enim & colores potentia redacti in unum, cōpoſitum quiddam facere uidentur, ſed lumen & quaſi ſeparatum, ac non permixtum coloribus cernitur per ſe, & quaſi ꝑmixtum illis, actu eos facit. Vnde nonnullos deceptos fuiſſe contenderim, ut intellectum agentem, ſic enim ipſi nominăt,

non ſeparabilem ſicut Ariſtoteles, ſed ſemper ſeparatũ
crediderint, neq; ut partem eſſentialem animi, ſed ſepa
ratam ab intellectu poſſibili, & tamen illuminantem
ipſum prædicare non erubuerint. Ignorarunt certe ſi-
militudinem inueniri poſſe nullam, quæ omni ex par-
te rei congruat cui confertur, quod ſi etiam fieri poſſet,
nõ tamen ad omnia, ſed ad unum aliquid, uel pauca de
claranda dicitur. Quare uidẽdum ad quid hic Ariſto
teles tali ſimilitudine uſus eſt. Dicimus ergo non ad cõ
poſitionẽ animi declarandam, ſed præcipue ut facilius
quid ſit intellectus actu ſubaperiatur & ſimul melius
pateat, quid ſit intellectus potentia. Quod ut apertius,
quoad ei facere poſſumus, fiat, principio illud tenendũ
eſt. Quod intellectus apud ipſum multipliciter dicitur
pro ipſo hominis animo. Intellectum enim pro anima
intellectiua plerumq; ponit, pro partibus eſſentialibus
animi, quas intellectum actu, & intellectum potẽtia,
ut diximus, nominat. Pro uirtute intelligendi, quas ra-
tiõe duas, ſubiecto idem eſſe neceſſe eſt. Has eiſdem no
minibus appellat q̃bus & partes eſſentiales unde pro
grediuntur & quibus proportionantur, pro operatione
ipſarum uirtutum, ſicut quãdo dicit, Intellectus uero
non omnis, ſed qui eſt ipſius quid eſt, ſecundum ipſum
quid erat eſſe, is uerus eſt quod facit. Tũ coactus, quia
rebus abſtruſis, & remotis à ſenſu, uocabula non ſunt i-
poſita, tum ratione, eadem enim quantum ad potẽtiam
& actum pertinet operationum ad uirtutes proportio
eſt & uirtutum ad partes animi eſſentiales, quæ utreq;
ſubſtãtiæ ſunt, ex quibus animus componitur. Hæc pe

runt primo à conditionibus, ſiue proprietatibus quas
utriq; attribuit, deinde à proceſſu docẽdi, tertio quod
alterum ad alterum, ut formam ad materiam ſe habere
aſſerit. Quarto quod alterum principiũ patiens, Alte-
rum agẽs eſſe ait, ab attributis, quia utriq; intellectus,
immixtus, incorporeus, ſimplex, ſeparabilis eſſe oſtẽdi
tur, quæ primo & per ſe ſubſtantiis cõueniunt. Quali
tati uero atq; uirtutibus non primo, qui eñi poterit qua
litas p ſe primo ſeparabilis eſſe à corpore? Idipſum eti-
am patet à proceſſu docendi, nam incipiẽs de utroq;
intellectu tractare, primum de ſubſtantiis, deinde de
uirtutibus ac operationibus docet, de potentia enim in
tellectu dicit, ipaſſibile igitur eẽ oportet, ſpecieiq; ſuſce
ptiuum, & tale potentia, ſed non illud. Cæteraq; huiuſ
modi, cumq; de intellectu potentia qui eſt ſubſtẽtia di-
xerit, de uirtute eius incipit his uerbis diſſerre. Qui
ergo animæ intellectus appellatur, dico autem intelle-
ctum quo ratiocinatur atq; exiſtimat anima, nihil eo-
rum quæ ſunt, actu eſt, antequã intelligat, quo circa
nec rationabile eſt corpori eſſe ipſum permixtum, fieret
nãq; qualis quidã aut calidus, aut frigidus, organũq;
ſibi eſſet, ueluti & in ſenſitiua, nunc autem nullum eſt.
Quibus uerbis dilucide oſtẽdit, alium eſſe illum intel-
lectũ, de quo hucuſq; uerba fecit, aliũ hũc, & utrũq;
potẽtia & illũ quidẽ ſubſtãtiã eẽ, hũc uero qualitatẽ,
& illius ſubſtãtiæ uirtutẽ idipſis rõnibus, liquidũ facit,
illũ eñi quoniã ſubſtantia eſt, eo ꝙ oĩa intelligit, imix-
tum eſſe cõcludebat. Hunc cum uis quædam ſit, ideo
immixtum eſſe ait, quia ſi eſſet mixtus, foret qualis qui

dam calidus ſcilicet, aut frigidus, manifeſtum autem eſt, quia & omnia intelligere, non uirtuti qua intelligimus, ſed ſubſtãtię quæ intelligit, cõuenit, & calidũ, aut frigidum fieri ſubſtãtiæ, quæ eſt ut forma, & actus etiam corpori permixtæ, nõ cõgruit, nec potentiæ quæ eſt ſicut materia ſimiliter, niſi ratione compoſiti, uirtuti autem organicæ neceſſario congruit. Quapropter nũquã quæſiuit an eſſet organum intellectui qui eſt ſubſtantia, de quo prius agit. Sed cum de intellectu, quæ eſt uis quædam diſſerere cepit, quoniã uirtus organo plerunq; utitur, iccirco neceſſe fuit aperte demonſtrare nõ eſſe organum huic uirtuti, qua intellectus ratiocinatur, ita ſecundum Ariſtotelem, duplex eſt intellectus potẽtia; alius ſubſtantia & pars eſſentialis animi, ueluti materia, alius uis quædam, & uirtus ipſius, qua intelligit, aliud enim eſt quod, aliud quo, & ſubſtãtia quidẽ eſt, quæ intelligit, uirtus autem, qua ratiocinatur, atq; intelligit. Similiter de intellectu actu incipiẽs dicere, de parte animorum eſſentiali, quæ ſubſtantia eſt agit, quod ſingulis penè uerbis percipitur uſq; ad locum illum, indiuiſibilium igitur intellectus, hinc de operatione ſimul atq; uirtute ipſius exponere incipit. Tertio alterum animi quaſi materiam appellat, alterũ cauſam, & efficiẽtem, forma enim cauſa efficiẽs & finalis ipſius materiæ eſt, eſſe namq; actuale, materia per ipſam habet, & ad ipſam ordinatur, ac ideo re unũ, ratione diuerſa, forma, efficiens & finis in rebus naturalibus ſunt, ſicut in ſecundo phyſicorũ dicitur, ſed illud hanc quæſtionem, utrum ſcilicet ſic ipſe, ſicut nos dicimus ſenſerit, non quæſtionem facit. Quoniam inquit in omni natura ſubſiſtẽte ſcilicet, ſubſtãtiaq; cõpoſita, aliud eſt materia, aliud cauſa efficiẽs idest forma, neceſſe eſt in animo quoq; has eſſe differẽtias, materiã uero & formam, nulla in re præter ſubſtãtiam corpoream (à manifeſtioribus enim arguitur) eſſe nobis patet, & ſunt partes eſſentiales corporeæ ſubſtãtiæ, quare hæ differentiæ, materia uidelicet & forma, ĩ animo quoq; ſunt, ut partes eſſentiales proportionaliter, ſcilicet & ſicut generi animorum cõuenit. Eſt igitur animo ſecũdũ ipſum, pars eſſentialis, quæ ſicut materia omnia in eo genere ſit, & pars eſſentialis ſicuti forma, quæ omnia facit, hæc ipſius uerba ſunt, ſic ipſe quod de his ſenſit, ante oculos poſuit, & aliquis non ita ipſum ſenſiſſe garrire audebit? quid cum immixtum, ſeparabilem, impaſſibilemq; ſecũdum ſubſtãtiam, intellectum, actu, oſtẽdere uoluit, nonne a minori ſic arguit? Nam ſemper inquit, honorabilius eſt quod agit, ꝙ quod patitur, & principium ꝙ materia, ſed immixtum, incorporeũ, ſeparabilem, impaſſibilemq; ſecundum materiam potentia intellectum affirmauimus, ergo multo magis intellectus, actu immixtus, ſeparabilis, atq; impaſſibilis eſt, & ab attributis igitur utriq; intellectui, & à proceſſu docendi ſuo, & quod alterum principium animi paſſiuum, alterum actiuum eſſe ait, & expreſſius ex comparatione, quia inueſtigato intellectu potẽtia, & quaſi animorum materia poſita, hinc neceſſario conſequi ait, ut intellectum actu quaſi formam, & cauſam efficientem, atq; finalem eſſe credamus, ab his omni-

bus manifeſtum eſt ex intellectu potentia & intellectu actu, ſicut ex partibus eſſentialibus, humanum animum eſſe compoſitum.

### Quod patiens atq; agens principium ſimiliter in animo, ſicut in corporibus.

Verum quoniam, alterum patiens alterum agēs principium, tam in animo, q̄ in corporibus eſt, non erit ab re breuiter, quomodo, id in corporibus ſe habeat aperire, ut hinc quomodo fiat in animo conicere poſſimus, herbam igitur aliquam ex uirtute ſeminali produci animo ſubiiciamus, uidebimus enim ꝙ uirtus ſeminalis, a forma per corruptionē prodiens, materiam comunē cum qualitatibus ſuis attrahit, in quam ad ſe atractā ſic agit, ut qualitatibus eius in idoneas, accomodatæ, propriæq; materie permutatis, eadem ſpetie forma, unde per corruptionē uirtus prodiit, non in tempore, ſed in temporis momento, in accomodatam iam ſibi materiā inducitur. Hæc uia in eſſentialibus animi partibus non eſt, deforis enim & non de potentia materiæ uenit, ut paulo poſt explicabitur. In uirtutibus uero actu & potentiæ proportiōatis, ſimilis quædam ratio eſſe percipitur. Nam quoniam ſenſibiles ſpeties in fantaſia poſitæ non ſunt actu intelligibiles, ſicut omnia ſenſus obiecta, actu ſenſibilia ſunt, quia nō eſt opus ut aliud aliquid, ſibi adueniat, niſi ſenſus ꝑcipiēs. Iccirco intellectus actu, quaſi uirtus ſeminalis abſtrahēdo a cōditiōibus materiæ, & hic & nūc, facit ut phantaſmata, ſed ut ſpeties itelligibiles, a phātaſmatibus, ꝑ abſtractionē factæ, & ſic formant potētia intellectū, & faciūt actu intellectum, ideſt faciunt actum, ex potentia, nihil enim aliud eſt hic intellectus potentia, q̄ potentia ex qua producitur in actū, ita ut ſit ſciēs, qui actu ſcit, quod cōtigit cū per ſeipſum operari poteſt ut ipſe ait, potētia ergo intellectus ꝑ intellectum actu, actu intellectus fit, ſicut cōmunis natura, ꝑ uirtutē ſeminalē, propria facta in actum, per formā reducitur, & utrumq; ſimili quadam uia. Nam & materia cōmunis quaſi abſtracta a cōmunis materiæ qualitatibus, per uirtutem ſeminalē futuræ formæ accomodetur, & phātaſmata a cōditionibus ſenſibilium per intellectum actu abſtracta futuro intellectui actu accomodantur. Quare non aliter intellectus potētia, potentia eſt, q̄ forma, quæ adhuc actu nō eſt, ſed futura actu eſt, nec itellectus actu, aliter actu eſt, q̄ forma, quæ nō futura eſt, ſed iā actu eſt. Aliter enim nūquā eſſe poſſet potētia itellectus actu ſciēs, nec qui prius fuit tāquā tabula nuda, poſtea poſſet tāquā apicibus litterarum & figuris eſſe depicta. Vnde patet ꝙ primū itelligēdi principiū actuū, ideſt itellectus actu, cognitis pricipiorū terminis, ut toto & parte, ſtatī effulget ab animo. Et hoc modo animus humanus itelligit prima pricipia, q̄bus ꝑceptis, itellectus actu i phātaſmata cōuerſus, facit ut potētia itellectus recipiat, illa depurata, ut ſic dicā, & a ſingulariū cōditionibus denudata, & ex potentia in actū progreſſus, actu itellectus fiat, & ſe quoq; ipſum poſſit itelligere. Per hūc enī aīus ſeipſum itelligit. Liquido iā patere arbitror hūanū aīum, ex itellectu actu & itellectu potentia, ſicut ex eſſentialibus ꝑtibus, ſcđm Ari

ſtotelē eſſe cōpoſitū, nec ſolū ipſum, ſed cæteras etiā oēs
itelligētias, præter ſimpliciter primā. Omnia eni præ
ter primū eſſentialē, ſibiq; proportionatā habēt cōpoſi-
ſitionē, qppe cū in oībus potētiā ineſſe quādam pcipia
mus. Omnia eni præter primū operando ex potētia in
actum prodeūt, quod eſſe nō poſſet, niſi potētia eſſentia
liter eis ineſſet, quod propterea lōge à primo abeſt, quo
niam nulla ſibi potentia ineſt.

De his quæ Ariſtotelicam de animo conſequūtur
ſententiam, & indiuiduatione compo
ſitioneq; intelligentiarum.

REſtat nūc de nōnullis ex hac Ariſtotelis de
aīo ſnīa cōſequētibus mētionē faciamus. Pri
mū igitur oīa ruūt, quæ nōnulli ſibi finxe
rūt & Ariſtoteli, ut ſuſtētari poſſent, igeſſerūt. Alii qđ
itellectus actu unus ſit, atq; ſeparatus, i quo fœlicitas
hūana cōſiſtat. Alii qđ unicus ſit itellectus in oībus, ita
ut ſeparabilis qdē ſit, nūquā uero ſepetur, ſed deſinat
i eo eſſe, q naturæ cōceſſit, alii ꝙ itellectus actu ipſe de
us ſit, q ſic ſe habeat ad itellectū, & itellectualia, ſicut
ſol ad ſenſum & ſenſibilia. Quare ſicut uiſus abſq; lu
mine nihil uidet, ſic itellectus potētia, ſine intellectu
actu, nihil itelligit. Huius opiniōis pricipia falſa ſunt,
poſtrema ex Ariſtotelica diſciplina ſcaturiūt. Deīde ſe
quitur ꝙ non aliter, ꝗ in hoc corruptili mundo intel
lectuali quoq; ſpecies, & indiuidua ſunt. Vnde genera
etiā (logice loquor) poſſe cōſtari par eſt. Materia mul
tiplicationis indiuiduorū cauſa ſecūdum Ariſtotelē eſt.
Ideo primū unicū eſt ſecundum ipſum, quoniam ſolum

non habet materiā, ita enim in methaphyſicis dicitur,
quare patet ſic ab eo materiam dici ſicut ſanguinem.
In libris enim de animalibus, cum animal ſanguine ali
dicat, nec eſſe animal aſſerat quod ſanguine careat, ad
iecit aūt proportionali. Vermes enim & ſepiæ, multa
q; alia non habent ſanguinem, ſed pportionale, nam
quod in perfectioribus animalibus ſanguis eſt, id in
ſepiis atramentum, in uermibus, alia quædam humidi
tas. Simili ergo modo, materiam in intelligentiis, qua
rum infima animus eſt, proportionatam unicuiq; gene
ri materiā accipere debemus, quæ nulla in primo eſt,
in cæteris eſt, ut ipſe teſtatur, nā ſi primū, ut ait, non ha
bet materiam, atq; ideo unicum eſt, cætera neceſſario
habent, quia prima non ſunt, ſed non corporeā, propor
tionatam ergo ſibi potentiam. Quas ob res, ſicut cor
poreæ formæ, per materiam multiplicantur, in indiui
dua redactæ, ſic ſeparatæ quoq; à materia corporali,
cum potētia ſibi tanquam materia inſita ſit, per ipſam
potentiam indiuidua multiplicantur, nam ſicut corpo
rum formæ propterea in multis indiuiduis diſcindun
tur, quod materiam proportionatam ſibi totam non in
forment, ſic ſeparatæ ideo multiplicātur in ſingularia,
quoniā uniuerſam proportionatam non actuant, ut ita
dicam, potentia, ſicut eni corporalis materia late patet,
ac ideo raro poteſt una forma contineri, ſic omnis potē
tia limites ut plurimum excedit cuiuſcunq; formæ etiā
intellectualis, nam ſicut potentiæ multitudo conuenit,
ſic formæ unitas. Quare non diſſimili modo formæ
illæ ſeparatæ indiuiduæ per potentiam materiā propor

ſionatam multiplicantur, q̃ formæ corporeæ, per mate
riã corporalẽ. Quod quia multi, uerbis proferũt, re nõ
intelligunt, exẽplo ante oculos ponatur, omnes res cor
poreæ intentiones ſuas, in aere non diuiſas, ſed unitas
imprimunt, ita fit, ut aere omnium propinquorum cer
ta diſtantia corporum formis, ideſt intentionibus, refer
tus ſit, quæ cum terſa, & nitida corpora incidunt,
corporeas unde impreſſe in aere accõmodato ſunt red
dunt figuras. Quare ſi q̃ maximum fieri poteſt ſpe
culũ quis adhibeat, q̃ maxime capi poſſunt imagines
corporum refulgebunt, quod ſiquis multa exhibebit
ſpecula, aut unum ſcindet, eædem figuræ ſpetie ad
numerum ſpeculorum uel particularum unius ſpeculi
multiplicabũtur. Similis per materiam formarum, mul
tiplicatio eſt, niſi q; figuræ corporũ, intentionaliter pri
us in aere ſunt, formæ nuſq̃, niſi potentia ĩ cauſis ſuis;
nam ſicut ſingulæ, à ſingulis corporum figuris intẽ
tiones totum propinquum aerem ita inficiũt, ut quæli
bet una ſit & tamen multitudine ſpeculorum, in mul
ta indiuidua per reuerberationem aeris & receptiuã
ſpeculorum potentiam multiplicentur, ſic forma quæli
bet naturalis, una eſt in cauſa ſua, & in ſe conſidera
ta, & tamen quia materia recepta, nec loco, nec tempo
re una eſſe poteſt, ad diuiſionẽ materiæ multiplicatur,
nec tamen ſi toti uni generi accommodata materia, ut
equo aut boui, loco & tẽpore, in unũ cogeretur, unũ
equum aut unum bouẽ, perpetuum poſſe gingni arbi
tror, non enim omnis forma, totam ſibi proportionatã
poteſt, informare materiam, ſed minorem maiorẽq; da

ri puto, q̃ poſſit in actum redigere, ac unum cũ ea fie
ri, non nullæ tamen formæ, ut ſolis & lunæ, totam ſi
bi cõueniẽtẽ, amplexæ, ſtatim à productione ſui mate
riam, qua cum ſimul atq; inuitæ productæ ſunt, uel,
ut ariſtotelice loquar, producuntur, tam numero q̃ ra
tione ac ſpecie unum ſunt, tota enim proportionalis ſi
bi materia, nec plus nec minus, q̃ forma poſſit ſuſtine
re, una cũ forma, uel ꝑducta eſt, uel producitur. Hoc
ipſo certe modo, multas eiuſdem rationis ſpeciei ac for
mæ ſtellas productas eſſe uidemus, quarum materiam
plurem fuiſſe neceſſe eſt, q̃ potuerit ab una forma, ſtel
larum illarum informari. Tanta ergo & tam multa
una cum eadem forma, ſpecie prima cauſa, produxit,
aut producit, quanta poteſt numero ſtellarum, æterna
liter primæ cauſæ cognitio ſufficere. Hæc cum ita ſe ha
beant, quoniam potentia quæ ut materia in intelligen
tiis eſt, late patet, ſimilimodo, & ſpecierum & indiui
duorum in mundo in intellectuali multitudinem eſſe
neceſſe eſt, hic enĩ mundus, imago eſt illius, nec aliter
de illo quicquam poſſumus natura duce intelligere, q̃
harum rerum, ſimilitudine, atq; exemplo. Sicut ergo
hic uidemus, materiam indiuiduatiõis, ut ſic dicã, eſſe
cauſam, atq; originem, formas autem multas, & uni
cuiq; propriam atq; accõmodatam materiã, unde ſpe
cierum numerus, ab inſenſatis incipiens, ordine per ue
getãtia primum, deinde per ſenſum ſolum tactus par
ticipantia, ad perpetuis ſentientia progreſſius paulatim
aſcendens, in rationali anima terminum ponit; ſic intel
lectualis mundus, ab eadẽ rationali anima, quæ media

quodammodo eſt, ac ideo ſi ad ſuperiora conſeras, tota penè potentia in maiorem actum aſcendens, ad primū tandem ſimpliciter peruenit, in quo nulla potentia eſt. Quare in ſingulis intellectualibus ſpetiebus, multa eſſe indiuidua neceſſe eſt, nam propter multitudinem potentiæ, ideſt ſpūalis materiæ, multæ numero formæ, eiuſdē rationis atq; naturæ una cum tali materia productæ ſunt, ſicuti de ſtellis dicebamus. Hac ratione perſpicuum eſt, animos quoq; humanos, poſt mortem non in unum confundi, ſed ſingulos ſuſtinere propter potētiam quæ indiuiduandi principium eſt, non ut quidā aiunt, inclinatione quam habent ad corpora, nam hoc ſimile eſt, ſiquis diceret indiuiduatas, ꝑ ſpecula, quaſi per materiā, imagines, attritis ſpeculis, nec deſinere eſſe in ipſis, nec in unum in aere, confundi, ſed ſeruare indiuiduationem ſuam, inclinatione quam ad ſpecula rupta, retineant. Illud mirum eſt, q̄d Thomas uir, tum ſanctitate, tum ſcientia præcipuus, huic rationi aſſenſiſſe legitur, præſertim cum librum quēdam reliquerit de eſſe atq; eſſentia inſcriptum, ubi aperte uult ex eē atq; eſſentia, omnes intelligentias, præter primam, cōſtare, & horum alterum eſſe potentiam, alterū actū, quæ ſententia nō differt ab ariſtotelica, præter ꝙ in uocabulis, de quibus nulla uel parua, phyloſopho, dum percipiatur, cura eſſe debet. Mirum ergo eſt ſi actum, & potētiam eſſentialiter eſſe in intelligentiis uidit, idq; in animis ſimiliter eſſe neceſſe eſſe. Cur indiuiduationem animorum, per potentiam, ſicut rerum corporalium ꝑ materiam, non ſeruauit. Sed ad inclinationem eorum, ad

corpora in cōmuniorē redacta, materiā, quaſi coactus refugit? An ut reſurrectionem corporum per inclinationem, ab ipſa fieri naturaliter poſſe oſtenderet? Non eſt dicendum, reſurrectionem enim non natura duce, ſed fide futuram, credimus, quod ſi quid etiam natura, huic rei poſſet conducere, totum id fidei ratione corroborari affirmarim, quæ tāta iā eſt gratia eius, qui primus ſe ipſum e mortuis, ſuſcitauit, ſic ut multis iam ſeculis, uniuerſus terrarum orbis ita futurum prædicat, ut nec lingua, nec natio ulla, nec gens dubitet. His omnibus perſpicuum iam factum eſſe arbitror, intelligētias omnes creatas ex actu & potentia intellectu, eſſentialiter eſſe cōpoſitas, nec ſingulas numero, ſpecie quoq; eſſe ſingulari. Sed in ſingulis ſpetiebus atq; naturis, multa per potentiam & materiam ſpiritalem, ſingulis formis, ā productione ſua, ſicut de ſtellis dicebamus multiplicatis, indiuidua inueniri. Quod etiam īde patet, quod primum ideo & natura, & numero unicum eſſe Ariſtoteles aſſerit, quoniam non habet materiā, ideſt potentiam aliquam, nam ſi ea de cauſa, quia nō habet potentiā non eſt niſi unū numero inquibus potentia ineſt, ea multa eſſe numero, in eadem natura, niſi totam proportionatam, ſibi potentiam actus complectatur, neceſſe eſt. Et ſicut primum naturæ unius eſt, quia multa prima eſſe non poſſunt, ita quæ prima non ſunt, eorū diuerſas eſſe naturas neceſſe eſt, non tamen negauerim, quemadmodū in rebus corporeis, nonnulla cernimus, tā ſpetie ꝙ numero unitatem ſeruare, ſimiliter in mundo intellectuali, nonnullas eſſe naturas, utroq; mō ſingu-

lares. Sed de cōpoſitione animi ſecundū Ariſtotelem dictum eſt, de cōſequentibus etiā non nihil tetigimus, quoniā ueritati catholicæ ualde oīa cōgruunt, de Platonis uero ſententia, pudet dicere, ꝗ̄ incōſtāter, ac leuiter, ꝗ̄ fabuloſe atq; obſcure, ꝗ̄ longe à ueritate, ꝗ̄ deniq; ſutiliter excogitata ſit, ex elementis enim aiam totius uniuerſi, quā præcipuā putat, conſtare in Timeo narrat, ipſamq; quaſi ex recta linea, in circulum à conditore ait reflexā, fuiſſe, ex uno circulo duos factos aſſerit, ex quorū altero ſeptem rurſus, quadā inquit partitione circulos deſcriptos, fabricatoſq; fuiſſe, quæ oīa portētis magis ſimilia ſunt, ꝗ̄ ueritati. Verum quoniā quantum ad rē, qua de agitur attinet, de cōpoſitione animi ſecū dum Ariſtotelem, ſatis ſuperq; dictum eſt.

De origine animi ſecundum ariſtotelem.

NVnc pauca de origine quoq; ipſius referēda uidentur, ut undiq; ariſtotelica doctrina non aliter catholicæ ueritati congruere uideatur, ꝗ̄ platonica aſſentire. Animos Ariſtoteles, minime ante corpus, fuiſſe ſentit, & corrupto corpore ꝑpetuos, atq; immortales fore demonſtrat, nec negat oīa orta occidere, multis enī in locis hac propoſitione ut uera utitur, ſed ortos eſſe animos ingenue ſecundū ipſum inficias ibimus, gigni enī atq; oriri, cæteraq; huius, ut ſuperioribus dictū eſt, ex potentia materie prodire ſignificant, animos uero non promi ex potentia materie, ſed cum in utero humana corpora, uegetandi, ſentiendiq; aīa perfecta fuerint, tūc animos ex nihilo in eis innaſci, produci atq; infundi. Audiamus quid in primo de anima ſcribit. Intellectus uero inquit innaſci uidetur, ſubſtantia quedā exiſtens, & non corrūpi, nam maxime ob ea corrūperetur offuſcatiōe, quæ in ſenectute fit, nunc āt ut in ſenſuum inſtrumentis, ſic accidit, & enī ſi ſenex huiuſmodi oculū accipiat, uideret profecto ſicuti & iuuenis. Quare ſenectus non fit qđ aīa paſſa ſit, ſed id inquo, & paulo poſt. Intellectus autē diuinus quidā eſt forſan, atq; impaſſibile, hic aperte intellectū pro anima intellectiua poſuit, non enī de partibus nec de potentiis, hoc eſt uirtutibus ſiue uiribus animi agit, ſed de toto ſibi animo uerba ſunt, quem incorruptibilē eſſe atq; impaſſibilē à ueſtigio quodā aſtruit, diuiniorem quoq; ꝗ̄ aliæ anime ſunt, ꝗ̄ & uulgo creditur, eē affirmat, nam ſi forſan ſic eſſe adiecit, aut modeſtiæ tamē cauſa, ꝓꝑ multos, aut quia nondū hæc ſufficienter demōſtrauit, ita locutus eſt, ſicut & illud quod ad originem animæ, qua de agimus pertinet, quaſi ſubdubitādo uerecundius protulit, quod facere ſolet, uel propter rerū magnitudinē, atq; opinionis nouitatem, uel quoniam alio in loco, latius agendū erat. Intellectus uero inquit in naſci uidetur, ſubſtantia quædā exiſtens, & non corrūpi, rationeq; adiecta, concludit, qđ ſenectus non fit, quoniā anima paſſa ſit, ſed id īquo. Quare patet ipſam intellectiuā animā intellectum hic appellari, ꝗ̄ innaſci ait. Innaſci certe aliter intelligi nō poteſt, ꝗ̄ in corpore infundi atq; produci. Nā ſi innaſcitur in corpore, primum ante corpus fuiſſe non poteſt. Deinde cum innaſci

quaſi excellentius quiddã atq; præſtantius de ipſa ſola
ſicut impaſſibili, incorruptibili, cæteriſq; diuiniore dica
tur, non eſt ambigendum ex potentia materiæ, ut uege
tatiua & ſenſitiua, ipſam prodire, ſed diuiniore modo
quodã, qui diuiniori animæ conueniat, innaſci atq; in
fundi, non enĩ extra corpus creatur, ſed in ipſo corpore
uegetatiua iam anima ſenſitiuaq; præparato produci-
tur. Quare tantum diuinior eſt q̃ aĩa ſenſitiua, quãtũ
forma diuinior eſt q̃ materia, quantus actus q̃ poten
tia, quantum ipſa ſenſitiua q̃ uegetatiua, nam ſicut ue-
getatiua materiæ locum habet ad ſenſitiuã, nullum enĩ
corpus ſenſitiua poteſt anima perfici niſi prius uegeta-
ret, ſic ſenſitiua intellectiuæ materia ĩ cæteris omnibus
eſt, præter q̃ quod intellectiua non eſt de potentia ma-
teriæ, ſed innaſcitur atq; infunditur, quæ oĩa ex ſecun
do de generatiõe animaliũ illuſtriora fiunt. Quare nõ
grauabimur altius uerba ipſius inde repetere, plurimũ
enĩ & ad originẽ & ad immortalitatem animi cogno
ſcendã faciunt, & niſi alterum per alterũ, & aliud per
aliud exponantur, uix percipi poſſunt, quod in rebus
magnis oĩbuſq; tunc nouis atq; inauditis, factitatum
ſibi eſt. Nõ enim inquit minus ſpermata & foetus ani
maliũ q̃ plantæ uiuunt, & fœcũda uſq; ad aliquid,
ſunt, quod igitur nutritiuam habent aĩam, & quare
hanc primum accipere neceſſe eſt, id ex iis quæ de ani-
ma determinata in aliis ſunt, perſpicuũ fit, progredien
tia uero etiã ſenſitiuam, ſcd̃m quam animal eſt, nõ enĩ
ſimul aĩal & homo gignitur, neq; animal & equus,
ſimiliter in cæteris animalibus eſt, poſtremo enim finis



gignitur, proprius uero ipſe cuiuſlibet generatiõis finis
eſt. Hinc aperte patet, quod anima uegetatiua ſenſitiuæ,
& ſenſitiua intellectiuæ materia fit, ideſt corpus anima ĩ
formatum antecedente, ſequẽtis ĩmediate animæ mate-
ria eſt. Viuũt enim dit fœtus aĩaliũ in utero ſcilicet. Fœ
cunda quoq; ſpermata uſq; ad aliquid, quouſq; uide-
licet fœcũda ſunt, uiuũt, & uiuũt nõ minus q̃ plãtæ,
quãuis illi actu, hæc in potentia, ut paulo poſt dictu-
rus eſt, & progredĩetia ſenſitiuã quoq; aĩam habẽt, nõ
enim ſimul animal & homo gignitur, ſed prius animal
in utero, per ſenſitiuã animã eſt, deĩde homo, neq; ani-
mal & equus ſimul ſunt, nã quãuis animã ſenſitiuam
nõ aliã q̃ equinã habet, & ſic in animaliũ genere po
nitur, prius tamen hãc, q̃ equi membra pfecta atq; fi
gurã habet, ac ideo nõ eſt ſimul animal & equus, ſed
prius animal q̃ equus, poſtremo deinde inquit finis gi
gnitur. Finis enĩ in naturalibus ipſa forma eſt, quare
patet animam ĩtellectiuã formã eſſe ſenſitiuæ, & hãc
uegetatiuæ, hæc autem forma, & hic finis proprius in-
quit cuiuslibet generatiõis eſt. Generatio enĩ eſt formæ
in materiã ĩductio. Quare cuiuslibet generatiõis for-
ma finis eſt propria, ſicut ĩ generatiõe equi. forma equi.
In generatiõe hominis. forma hominis. Nõ poſſum hic
nõ mirari, q̃ nõnulli multitudinẽ, ut aiũt formarum fu
gientes, adueniẽte aĩo utraſq; præcedẽtes euaneſcere cõ
tẽdũt, eodẽq; pacto uegetatiuã, cũ acceſſerit ſenſitiua.
Quã ad rẽ, ab uniuerſalibus dictis Ariſtotelis trahe
re ſolet argumẽta, nec animaduerterũt, aliter in gene-
re, aliter ĩ parte dici oportere, nã in genere materia &

forma & quaſi ſimplices cōpoſiti partes dicūtur in parte; forma quidē ſimiliter ſimplex, materia uero cōpoſita eſt. Et quoniā oīs cōpoſitio ex materia & forma eſt, erit materia cōpoſita, quā ſecundam appellāt, & hic ē progreſſus, quē icipiēs ſeptimo de hiſtoriis animaliū enucleare, oſtēdit, hic progreſſus etiā p diffinitionē animæ pſpicitur. Anima eſt eni inquit prima enthelechia corporis phyſici organici potētiā uitā habentis. Potentia certe uitam habere, nō ſimpliciter, neq; uno modo, ſed pro natura rerū itelligi debet, nō eni omne corpus phyſicum uegetatiuā poteſt ſuſcipere animā, ſed quod natū ad illā ē, nec omne corpus uegetans potentiā habet ad ſenſitiuam, ſed quod natū eſt, nec omne corpus ſenſitiua formatū aīa, ſubici poteſt itellectiuæ. Sed ſolū quod ex homine eſt. Certior qdam eni eſt ſenſus hominis. Progreſſus igitur ſeruatur, ut i ſeptimo de aīalibus dicitur, qa quemadmodū, corpus hoc phyſicū uegetatiuæ animæ ſubicitur, ita corpus uegetās nō omne, ſed hoc, ſiue tale, materia eſt ſenſitiuæ, & ſenſitiuū corpus ſimiliter, nō omne, ſed ſic diſpoſitū potētiā habere nō materialē, ut ſuperiora, ſed ſolū aptitudinalē, ut ſic dicā, ad ſuſcipiēdā rationalē aīam. Quare corpus quod ponitur in diffinitiōe, potētia uitā habet, phyſicū qdem, atq; organicū uegetatiuā, uegetans uero ſenſitiuā, ſentiēns autē rationalē, & ſic progreſſus ſeruatur, & diffinitio recte itelligitur. Qui autē dicūt aduenientē pfectiore forma, præcedētes euaneſcere, nō uident materiā cum tendat ad formā, quæ finē affert generationi, pficiēdo ſimp procedere, nō eni uegetatiuā imiſit animā, ut adueniente ſenſitiua eā deſtrueret, ſed toto uegetante corpore, loco materiæ ſubiecto pficeret, ſimiliter in corpus humanū ſenſitiuā iduxit, nō ut iſuſa rationali eā eiceret, ſed ut totū ſentiēs corpus, ſicut ſubiectā ſibi materiā pficeret. Quod autē progreſſus ita fiat, ſicut ipſe dicit. ut iperfectiora, ſicut materia, pfectioribus ſubiiciatur, etiā à reliqs, quæ remanēt corrupta, uel ablata anima patet. Corpus eni nō materia prima remanet. Quod ſi præcedentes ipſe deficiūt, ideſt materia propiqua labaſcit & defluit, remotior eni in oībus remanet, qa non à nihilo, ſed à uiliore corpore ad pfectius, & anima, & corpus fuit aſſumptum, ſed hoc lōgius à propoſito. Quare ad rem redeamus. Addit deīde iccirco de itellectu, & quādo & quō accipiūt ea, quæ hoc pricipio participant, & unde magnā habet ambiguitatem, propterea oportet pro uiribus, & ut poſſibile eſt accipe, nutritiuā igitur animā, patet qa putandū eſt & ſemina ſeparata, & ſpermata potentiæ nō actu habere, antequā ſicut ſeparati foetus trahāt alimētū, & aīe opus faciāt. Primū eni oia plātarū uiuere uitā uidentur. Patet autē qa cōſequenter de ſenſitiua etiā aīa, & de itellectiua dicendū eſt, neceſſe eni eſt potentia priuſq̄ actu omnes habere, neceſſe etiā eſt, aut inaſci omnes, cū prius nō eſſent, aut omnes præfuiſſe, aut quaſdā ſic, quaſdā nō, & inaſci, aut in materia, ingreſſas in ſpma maſculi, aut huc inde ueniſſe, & in ipſo maſculo, aut deforis omnes adueniſſe, aut nullam, aut quaſdam ſic, quaſdam nō. Iccirco iquit magnam habet ambiguitatem, de itellectu quando uidelicet & quō accipiūt ea, quæ hoc pricipio par

ticipant, idest quando & anima itellectiua corpus in/
formant, & unde, ideſt à quo agente accipiũt, putandũ
deinde ait, & ſemina plantarũ & ſpermata aĩaliũ ſe/
parata, ideſt anteaquam illa in terram, hæc in uterum
proiiciantur, potentia nõ habere nutritiuam, ideſt uege
getatiuam animã, hic patet, quando in ſuperioribus di
cebatur, ſperma & fœtus animalium, nõ minus q̃ plan
tas uiuere, quod uiuere potentia quidẽ quantum ad ſp
mata, actu autem, quantum ad fœtus capiebat, ſed nec
proiecta in terram, aut in uterũ actu uiuũt, niſi fiãt ſi
cut ſeparati fœtus animalium aut plantarũ, & animæ
opus faciant, quod de ſenſitiua quoq; anima ĩtellecti/
uaq; ſimiliter dicendum eſſe ĩquit. Neceſſe.n.eſt, ut ſp
mata prius potentia q̃ actu omnes habẽt animas. Hic
ut ab ĩferioribus aptiſſime uidetur, potentia dupliciter
capitur, nam quantum ad uegetatiuam, & ſenſitiuam
animam ſpectat, ſemina & ſpermata habent animas,
potentia, quæ iſita eſt in ipſis, & hæc ex materia ipſo/
rum per actionem naturalem, in actuũ elicitur. Quan
tum uero ad intellectiuam, ſpermata hominũ habent
ipſam potentia, non iſita, nec ſimili potentia aliorum ſp
matum, uel ſeminum, ſed ſolum, quia poſſunt, fœtus ſu
ſcipere ipſarũ, nõ ex potentia ſpermatis progreſſam, ſed
de foris infuſam, nam cum informatus anima uegetati
ua & ſenſitiua fuerit fœtus humanus, tunc aptus natus
eſt ĩfuſam accipe ĩtellectiuam animam, neceſſe etiam
eſt, aut inaſci omnes, cum prius nõ eſſent, nec actu, nec
in potentia ſpmatica, aut omnes uel actu, uel in poten
tia fuiſſe ſpermatica, ideſt naturaliter in ſpermate inſu/

tas fuiſſe uel præfuiſſe, dicit actu extitiſſe ſine corpore,
ſicut ex ĩferioribus patet, & inaſci, aut in materia, in
fœtu ipſo, uidelicet, ita ut nõ ĩgrediãtur, nec actu, nec
potẽtia in ſperma maſculi, aut huc ide ueniſſe in ma/
teriã ſcilicet, & in fœtũ, à ſpmate maſculi ueniſſe, quo
niã in ſpermate maſculi præfuiſſent innatæ, & in ipſo
maſculo, aut de foris, ideſt nõ ex potentia materiæ oẽs
aduenire, aut nullã, aut quaſdã ſic, quaſdã nõ. Nota/
ri autẽ ſummopere uerbũ, ĩnaſci debet, quoniã eodem
uerbo uſus eſt in primo de anima, ſicut dictũ eſt, ĩna/
ſci enĩ ut ait dicũtur, quæ prius nõ erant, nec actu ui/
delicet, nec potẽtia, & poſtea ſic ĩfuſa ſunt, ut nuſquã
fuerit, anteaq̃ in materiã infuſa ſunt. Demõſtrat dein
de nõ eſſe poſſibile oẽs has tres animas, aut actu, aut
materiali potentia, ſine corpore præfuiſſe, manifeſtũ hic
eſt, nã neq; ipſos ꝑ ſeipſas ĩgredi poſſibile, cũ inſepara/
biles ſint, neq; in corpus ĩgredi, ſperma enĩ ꝑmutati ali
menti ſupfluitas eſt. Impoſſibile ait eſt ſine corpore il/
la principia eſſe, quorum opatio corporalis eſt, ſicut in
cedere, cũ ſit operatio pedũ, nec actu, nec potentia eſſe
abſq; pedibus poterit, ſed ſi erit actu ĩcedere, pedes eti
am actu erũt, ſin autẽ potẽtia ĩcedere erit, pedes ſicut
actu poſſunt eſſe, nõ tamẽ ĩcedere atq; ambulare, ſic
potẽtia nõ poſſunt nõ eſſe, ſed uegetatiuæ, & ſenſitiuæ
animæ corporalis eſt operatio, nihil enĩ poſſunt abſq;
organo operari, Impoſſibile igitur eſt ipſas ſine corpo/
re præfuiße. Quare nec in corpore præfuiſſe poſſunt,
neceſſe enĩ eſt in trãſitu de corpore ad corpus abſq; cor
pore eſſe, quod in uegetatiua & ſenſitiua fieri nõ poteſt,

Hæc ratio propter præcedētes animas, nō propter intel lectum inducitur, nec ſequitur, poſſibile eſt omnes, ſine corpore præfuiſſe, ergo aliqua ſine corpore præfuit; nā ſiue aliquā, ſiue oēs, nō præfuiſſe abſq; corpore demonſtraueris, uerū eſt īpoſſibile eſſe, ſiue abſq; corpe omnino, ſiue in corpore ullā præfuiſſe aīam, & ad hoc duas affert rationes, quarū prima cuilibet à corpore īſeparabili animæ accomodatur, īſeparabiles enī īquit animas nō eſt poſſibile ipſas p ſeipſas ingredi. Si enī īgrederētur, eſſent p ſeipſas prius, ideſt ſeparatæ, quod cōtradictiōe īplicatur. Altera ſeparabili. Hoc eſt animæ intellectiuæ, neq; enī corpus īgredi ait ſeparatā animā ſcilicet poſſibile eſt. Verū quoniā in fœtū īgredi nō eſt poſſibile, qa fœtus corpus eſt, ne qs forte dicat, īgredi poſſe ī ſperma, nō dicatur de corpore, ſed de ſpirituali uirtute, quæ in eo eſt, iccirco dicit, ſperma enī ꝑmutati alimenti ſupfluitas eſt, ut oſtēdat ſpiritū etiā, q in ſpermate eſt, deciſum eſſe à generāte. Breuius igitur atq; uniuerſalius dicēdū, qa cū dicit, neq; ī corpus īgredi, corpus ꝑ materia, quæ īformatur accepit, ſed forma quæ actu eſt, nō poteſt materiā ullā īformare, ac unū fieri cū ipſa, quæ uero in potentia eſt, ſiue īſita, ſiue quāuis nullo pacto eſt, poteſt tamen eſſe, uel ratiōe naturali elicita in actū, uel inata, & īfuſa, corpus præparatū īformare poteſt, nec ſi poſſet īgredi, atq; īformare. Idq; ipſe Ariſtoteles, ſi ii pſuaſiſſent oppugnaret hmōi opinionem Platonis. Infert, deinde relinqtur ſolū intellectū de foris ingredi, & diuinū eſſe ſolum, nihil enī opationi eius corporalis comunicat operatio. Mirū certe eſt, q̄ homo in gentilium, & poetarum, & ipſius Platonis educatus ſomniis, tantum hac in re uiderit, quantum poſtea doctores eccleſiæ, gratia deſuper illuminati uiderunt, ſed prima cauſa, qbuſcunq; uult, dona ſua elargitur. Relinquitur inquit, ut ſolus itellectus, ideſt aīa intellectiua, de foris ingrediatur & diuinus ſolus ſit, quod autē de foris, non ex potētia materiæ prodire, neq;, ut platonici præfuiſſe, intellexit, multis pſpicuum rationibus, & neceſſariis eſt. Primum quia platonicā ſtoliditatē, multis ī locis arguit, & præfuiſſe aīos, ita ut diſcere, nihil aliud ſit, q̄ recordari, ac reminiſci, omnino negat, & dicētes deridet. Deīde quia oēs aīas cōuenīte ſingulis, ut expoſuimus, potentia in ſpermatibus præfuiſſe aſſerit, nā cum potentia in ſemine, ac ſpermate nutritiuam aīam dixiſſet, ſtatim adiecit. Patet autē qa cōſequēter de ſenſitiua etiam aīa & de intellectiua dicendum eſt, neceſſe eſt enim īquit potētia priuſquam actu oēs habere. Vbi potētiam nō poſſumus, ut dictum eſt, propter illa quæ præceſſerunt, & quæ ſequuntur, uno modo capere, dupliciter ī uerbis eius capere cogimur. Vno modo pro potētia inſita ī materia, quæ in actum actiōe naturali elicitur. Alio pro potētia, quæ nullo alio pacto eſt, q̄ qa eſſe poteſt. Primus præcedentibus, alter, ut uerbis ſuis oſtēditur, intellectiuæ ſoli animæ conuenit, ideo ſola deforis, ideſt nō de potētia materie uenire ab eo dicitur, & certe, aut de potētia materiæ prodit, aut præfuit, ſicut platonici dicunt, aut ex nihilo in naſcitur, in præparato corpore atq; infunditur, ſed nec de potentia materiæ uenit, quia deforis ſecundum ipſum

ingreditur, & platonicorum ſentētiā nullo acceptat pa
cto. Relinquitur ergo innaſci, atq; īfundi ipſam. Praete/
rea praeſuiſſe ullam aīam actu oīno negat. Impoſſibile
eni eſt inqt de foris ingredi, & affert ratiões, primum
ꝙ īſeparabiles à corpore ingredi nequeūt his uerbis;
neq; in corpus ingredi; nō poſſunt enim ſecundum ip
ſum informare materiā ea principia, & in actum ip/
ſam producere, unumq; cum ipſa fieri, quae actu prae/
fuerunt, ſed ſola quae uel de materiae potentia exeunt,
uel in materia infunduntur. Accedit quod inaſci ſolum
intellectiuam aīam, & hic, & apertius in libro de aīa
ſcribit. Innaſci autem nihil aliud eſt ſecundum ipſum;
ꝙ̄ prius nō fuiſſe. Poſtremo ꝙ ex his oībus reſtat re/
colligens, relinquitur inqt ſolum intellectū, ideſt intel
lectiuam aīam; quod patet, quia duabus praecedenti/
bus intellectum, ſicut tertium animae genus cōnumerat;
de foris ingredi & ſolum eſſe diuinum. Si ergo de foris
ingreditur, non prodit de potentia materiae, aut igi/
tur ſicut platonici dicunt; aut ſicut ueritas catholi/
ca praedicat, ſed Plato hac in re refutatur ab ipſo multis
in locis & ī libris, quos de demōſtratiōe cōſcripſit. Hic
quoq; impoſſibile dicitur, praeſuiſſe actu animā ullam,
relinquitur ergo innaſci animū in foetibus humanis, cū
nec actu nec potentia praeſuerit, niſi quod potuit eſſe.
Vnde ſequitur. Diuinum quoq; eſſe neceſſario, praeſer
tim cum operatio corporalis, nihil operationi eius com
municet, hoc enī demonſtratur, naturam ſupra, natu/
rā omnium corporū atq; corporaliū eſſe. Vnde etiā ſe/
quitur, ꝙ impoſſibile ſit originē eius, ſimilem eſſe ori
gini corporum, uel corporaliū. Origo enim ſingulorū,
naturae ipſorū proportiōatur. Sed diuini & non diuini
natura diuerſiſſima eſt, & origo igitur. Quare cū cor/
pore corporalia, quae ex potentia materiae prodeant, nō
ſic animus, ſed de foris eſt, non quia praeſuerit, ſicut pla
tonici aſſerunt, delabi animū, neſcio quō in corpus ſom
niantes, quod & à ueritate catholica & à natura rerū
alieniſſimū eſt, ſed quia innaſcitur atq; infunditur. Ve/
rum quoniā ut ſpero, optarem certe, reconditam, prae
magnitudie rerum, mentē ipſius in lucē protraximus,
non erit ab re, quod paulo poſt ſuperiora, ſimili difficul
tate offuſcatur, breuiter illuſtrare, ut totus hic locus in
tegre habeatur. Geniturae aūt corpus inquit, ī quo ani
malis principii ſperma, ſimul egreditur, alterum ſepara
bile à corpore eſt, quibuſcunq; diuinum ipſum, cōpre/
henditur qualis eſt, qui uocatur intellectus, alterū inſe
parabile, hoc igitur geniturae corpus reſoluitur, ſpiri/
tuſq; fit, cum humidā habeat aqueamq; naturam. Go/
nem, quā nonnulli latinorum, grecā uocem ſicuti geni
turam, appellant, non ſperma, ſed corpulentiam ſper/
matis, Ariſtoteles nominat. ſperma uero non geniturā,
ſed generatiuum ſpiritum & formatiuum, qui potentia
in genitura eſt, in quem ipſius geniturae corpus reſolui
tur, nuncupat. Geniturae igitur corpus inquit, deinde
quoniā multa interpoſuit, ut tādē orationē abſolueret,
ibi repetiit, hoc igitur gēiturae corpus reſoluitur. Qua
re qd dicit alterum inſeparabile eſſe, alterū ſeparabile,
uel dicere uel opinari, ſed ad ſperma referendū eſt, nā
corpus geniturae hominis, reſoluitur in utero in ſper/

maticũ ſpiritũ, ideſt in uirtutem generatiuã atq; informatiuã, ſicut cæterorum quoq; animaliũ. Verum ex eo non ſit progreſſus, niſi ad animã uſq; ſenſitiuã, nõ ſimpliciter ſed humanã, quæ cum ex potentia materiæ pro dierit, fœtumq; in forma pfecerit, ac aptum natũ ad ſuſcipiendã intellectiuã animã reddiderit, tunc producitur, infunditur, innaſciturq; animus in ipſo corpe, ſic præparato, & ita embrionis corpus ſenſitiua iã anima pfectum, intellectiuæ aiæ materia efficitur. Et quoniã omnis formatio materiæ à forma eſt, ipſa etiam anima ſenſitiua ſimul cũ corpore, tanquã materia regitur, gubernatur, ad ulterioraq; formatur ab aïa intellectiua ſicut à forma, non enim corpus ſimpliciter, ſed corpus ſentiens animo ſubicitur. Aliter ſimul animal, & hõ gigneretur, qđ apte negat, ſed gubernari formariq; animaliũ fœtum ſpermatis eſt. Iã enĩ dictum eſt ſperma, generatiuam & formatiuã uirtutem appellari. Ipſa ergo aïa intellectiua, inquãtũ gubernat & ad ulteriora format fœtum humanũ, ſperma non immerito appellari põt, & id eſt quod dicit alterũ ſcilicet ſperma, ſeparabile à corpore eſt, quibuſcunq; diuinũ ipſum, cõprehenditur, qualis eſt qui uocatur, intellectus. Quod uero nõ corpus, ſed ſenſitiuũ corpus intellectiue & uegetatiuũ ſenſitiue, & tale quiddã, uegetatiuæ aiæ & uegetatiuæ huic, ac ſimiliter ſenſitiue tanquã materia ſubicitur, præter illa quæ dicta iam ſunt. In tertio quoq; de generatione animaliũ, ubi de generatiõe ex ouis agitur, expreſſius ſcribit. Generatio autem ex ouo inquit in auib. ſic accidit. Incubante & concigerente aue, animaliq; ex parte oui altera ſegregato. Incrementum cõſummationeq; reliqua ex parte ſuſcipiente. Natura enĩ ſimul animalis materiã & ſufficiẽs alimentũ in ouo ponit. Animalis iquit materia in ouo poſita eſt à natura. Ouum aũt nutritiuã habere aïam & per ſe patet, quia nutritur & creſcit, & ipſe in ſcđo eiuſdẽ negocii hæc de ouis ſcribit, patet ergo ꝙ quãdam animã potentia habent, quam hanc ultimã neceſſario, hæc aũt nutritiua eſt, hæc enĩ cunctis, ſimiliter, & animalibus ineſt, & plantis. Potentia tamen non actu, aïam eſſe hanc in ouis ait, qua egreſſa, neq; creſcunt actu, neq; aluntur, ſicut plantarum cõplures in hieme, hoc igitur corpus, ſic animatũ pulli materia ſit, hanc enĩ animale principiũ, cõtrahit, & ex hac ſibi ſenſitiuũ, hoc eſt animalis corpus informat, hanc nutritiuã animam non euaneſcere ſenſitiuæ, aduentu. Ventoſa quoq; oua, & trita, quæ ſeroſa uocant, argumento ſunt, nã ſi poſteaq; effuſa ex utero ſunt, diutius abſq; cubante pmanſerint, nutritiua extincta omnino non poteſt inde pullus generari, non ergo euaneſcit nec extinguitur, ſed ſicut materiæ ſenſitiue aduentu perficitur, ſed apertius atq; in genere, eodẽ de formatione, principaliũ tractans membrorũ idipſum exponit. Sic in ipſis inquit quæ gignũtur natura ex puriſſima quidem materia carnes & aliorum organorum ſenſuum corpora conſtituit, ex reliqua uero oſſa, neruos, pilos, ungues. In ſingulis ergo membris proportiõatam natura materiam capit, & in toto aïalis formando corpore id non faciet? Et qui ad membrũ formãdũ, accipitur ſanguis, animalis ſanguis eſt,

materia uero quæ in corpus animalis aſſumitur, ne ue-getans quidem erit? Quare patet, quẽadmodũ mem-brorum materia multo nobilior eſt, poſtea ꝙ membris eſt accõmodata, ſicut ex potentia in actum, progreſſa, ſic uegetandi & ſentiendi aĩa, quamuis ſuperioris fu-cta materia ſit, nobilior tamẽ eſt, ꝙ antea, ſicut ĩ enthe lechia ex potentia euocata, ita nec plures in eodẽ, ſunt formæ, & ꝑ eandem formã aliquid in ſpetie, & in ge nere collocatur, hõ enim & homo, & animal eodem animo eſt. Nã poſt animi aduentum, corpus ſenſitiuum, non aĩal, ſed materia eſt animalis; primum dico non po ſterum, hoc enĩ illius enthelechia eſt, illud ad huc po-tentia eſt, ſenſitiua enĩ aĩa, quæ prius erat corporis for ma, ſimul cum corpore quaſi materia per animam intel lectiuam perficitur & à potentia in actum educitur. Verum de his alii uideant, nobis enim non quõ ſe res ha beat, ſed quid ipſe Ariſtoteles ſenſerit hic exponendum, erat, de quibus tamen, quoniã idẽ mea ſententia, ſunt, plura diceremus, niſi & longum eſſet, & à re, qua de agitur alienius. Sed queret quiſpiã, à quo infunditur aut producitur animus in corpore humano, nam à ſeip ſo innaſci non poteſt, quia non eſt in potentia materiæ, unde igitur ĩmittitur, aut quare id Ariſtoteles non teti git, non eſt huius negotii, ac ideo nullum, hic ea de rẽ uerbum facit, habetur tamen in aliis generalius, nam ſi oĩa quæ ſunt, à prima ſecũdum eſſe cauſa dependẽt, ſi oĩa quæ uiuunt, inde uiuunt, quis dubitabit animũ quoq; ipſius & eſſe & uiuere, & moueri, à prima ſecũ dum ipſum, cauſa depẽdere? nemo prorſus, ſed ideo mũ-

rum in modum, cuncta inter ſe cõuenire, hinc etiã im mortalitas animi confirmatur, nam quod diuinum eſt, quodq; nõ ex potentia materiæ, ſed immediate à primo producitur, id non poteſt eſſe ĩmortale, hic quoq; aſtrui tur, ꝙ Ariſtoteles non ex materia ſed ex nihilo, uniuer ſa produci à prima cauſa ſenſit, nam ſi animum huma num ex nihilo producit, cur uniuerſa non producit ex nihilo? an quia difficilius eſt? at nihil eſt difficile illi q actus eſt purus, an nõ idem eſt, ꝙtum ad poſſe, muſcas ex nihilo & cœlũ, producere? animum autẽ ex nihilo produci ſatis aperte dicitur, nam dicere nullomodo, nec actu nec in potentia materiæ præfuiſſe, id nihil aliud eſt, ꝙ prædicare, ex nihilo eſſe productum.

## De prouidentia & fato.

Hinc deniq; ꝓuidentia primæ cauſæ apprime cõprehenditur, quod nobis ultimũ, in hoc uo lumine propoſitum eſt, nã ſi præparato præ cedentibus animalibus, humano fœtu, ſtatim à primo principio animus infunditur, non extra corpus, ſed in-tra creatus atq; productus, (hoc enĩ innaſci ſecundũ ipſum ſignificat) quis eſt qui uere poterit aſſerere proui dentiã, aut omnino negari ab Ariſtotele, aut uſq; glo-bum lunæ ſolũmodo concedi? Id enĩ à nonnullis plato-nicis, ad ipm reiicitur. Vbi hoc repererũt, neſcio. Quo potuerunt noluerũtq; fingere, ſcio. Temeritas certe audaces ad oĩa homines facere ſolet, & quoniam pau ciſſimi Ariſtotelem penitus intelligebant, pro uero poſ ſe mendaciũ recipi, crediderunt. Innaſci intellectum in humanis fœtibus, cũ ne potentia quidẽ materia præfu

rit aperte ab ipſo dicitur, & prouidentiã dei negat, qui hæc dicit, naturæ inquiunt, ſic oĩa tribuit, ut diuinæ prouidẽtiæ nihil reſeruaſſe uideatur. At natura & materiæ potentia, ſecundum ipſum, cũcta producit, qđ ergo negatur in potentia materiæ præfuiſſe, id à natura gigni poſſe negatur, præterea ſi quecunq; ſunt, & ſecundũ eſſe & ſecundum uiuere, à prima depẽdẽt cauſa, cœlũ quoq; atq; natura, ut ex primo de cœlo, & methaphyſicis colligitur, calumniãtur, cum ad naturam, nõ ad primã cauſam, cuncta referri ab ipſo prædicẽt. Ad huc generationẽ fecit deus continuam motu cœli. Prouidit igitur, imo prouidet, generatiõi generabiliũ oĩum per motũ cœli, origini uero animorum, nõ p cœlum, ſed imediate, per ſe ipſum prouidet. Verum ut id quoq; liquidius pateat, altius repetendũ uidetur, quid prouidentia eſt, & quõ mediata, quõ immediata eſſe dignoſcitur. Prouidentiã iuniores ita dicere uidentur, ut una cũ ea, fatum etiã cõprehẽdant. Quare ut rectius intelligatur, utrunq; ſeorſum diffiniemus, ſic facilius totũ quoq; ſimul coniunctũ, cognoſci poterit. Pouidentia eſt rerum futurarũ, in intellectu dei ſimplex, ſtabilis, eternaq; rõ. Fatum eſt rerum ſimpliciter, ſtabiliterq; à deo gerendarum, mobilis atq; temporalis explicatio. Prouidentia enĩ cuncta pariter diuerſa, & infinita cõplectitur, fatũ ſingula digerit atq; diſponit in motũ, formis, locis, atq; tẽporibus diſtributa. Ita, hic tpalis ordo, in diuinæ mentis unitus proſpectu, prouidentia eſt. Idẽ uero ipſe unitus pſpectus, tpibus digeſtus, diſtributuſq;, ut poſſit herere mobilibus, fatũ uocatur.

Quare quamuis, prouidentia & fatum diuerſa ſint, ſeries tamen fatalis, ex prouidentiæ ſimplicitate dependet atq; procedit. Et ſicut artifex primũ rei faciendæ formã, ſimpliciter proſpicit, deinde p temporales ordines digerens ſimplicitatem, in uarias ſingulorum formas, deducit, ita deus prouidentia ſimpliciter ſtabiliterq; facienda, proſpiciens, fato eterne unita, tpaliter diſtribuens, adminiſtrat. Quo circa nihil fato ſubiacet, quod non cõplectitur prouidẽtia. Prouidẽtia uero multa continentur, quæ ab oĩ fatorum ſerie liberá ſint, nam ut partes orbiũ circa idem centrũ ſe ipſos uoluentium, tanto minus mouentur quo centro appropinquant, ſic quæ minus motui corporiq; inſtruunt, liberiora cõperiuntur à fato, ſupergreditur enĩ fatorum ſeriẽ, quod motu caret, & tẽpori non ſubicitur. Qua pp ſicut ſe habet rõ ad intellectũ, ſicut tps ad æternitatem, ſicut qđ gignitur ad id quod eſt. Sicut deniq; cẽtrum, ad circulum, ſic fatorum mobilis, multiplex, uaria diuerſaq; ſeries, ad prouidentiæ ſtabilitam ſimplicitatem, unitatemq; cõparatur. Ita ordo fatorum, cum ab immobili prouidentia, ſimplicíq; proficiſcatur, immutabilis neceſſario, rectus, atq; in uariabilis eſt, quamuis ad opinionẽ hoĩum relatus, peruerſa, uideatur cõfuſio, nã cum ex facultate cognoſcentium ſingula, comprehendantur, nimium erramus, unumquodq; ſua natura cognoſci putantes. Nec animaduertimus, eandem rem aliter à uiſu percipi, aliter tactu. Tactus enĩ niſi aſſit atq; palpitet, corporis rotunditatẽ, nõ ſentiet. At uiſus cõtra nihil ſi tangit, remotior, ſi eſt rotundi corpo

ris ambitum recte circumplectitur. Id in oĩbus ſimili
ter fit. Quatuor enĩ ſunt q̃bus cognitio cõceditur: Sen
ſus, imaginatio, ratio, intellectus, & ſenſus quidẽ figu
ram, non abſq; corpore, ideſt corpulentiã ipſam ſentit.
Imaginatio figuram, à corpore ſeparans fingit. Ratio,
figura, etiã adempta, non formã ipſam, ſed uniuerſale
q̃d, ex ſingulari figurã, materiaq; denudauit, altius
uidet. Intellectus autẽ, uniuerſale quoq; ipſum ſuper
grediens, ſimplicẽ formã, uno, ut ſic dicã, ictu, forma
liter intuetur, nec inferius cognitiuũ, in ſuperioribus
poteſt obiectum ferri, ſed contra ſuperius, adeo pluſq̃
inferius ualet, ut & quod ſuum eſt peragat & inferio
ris actum perfectius, ideſt ſuo, non inferioris mõ poſſi
deat, nã imaginatio, licet in figurã, ex propria natura
feratur, corpulentiã tamen ipſam etiã obit, & ratio ma
teriã atq; figurã non ignorat, ſed contemnit ac abicit.
Intellectus uero & rõnis uniuerſum, & imaginatiõis
figuram, & materiale ſenſibile, nec ratiõe utẽs, nec ima
ginatiõe, nec ſenſibus ſimplici proſpectione cognoſcit.
At uero nec ſenſus figurã, inquãtũ figura eſt, & huic
inheret corpori, nec imaginatio uniuerſale, nec rõ ſim
plicem nunquam cõprehendere formam poterit. Quas
ob res, cum ſingula cognoſcentium facultate pcipiãtur,
nos in ſua natura cõprehendi opinãtes, ſimplicem ne
ceſſitatem ſubiectis fato rebus attribuimus, ea uero non
ſimplex, ſed cõditiõalis, ex præſentia diuinæ cognitiõis
eſſe intelligitur. Præſentia enim dei, nõ ut præſentia fu
turi, aut præteriti, ſed ut nunquam deficiẽtis, & æter
ni, atq; inmobilis materia, rectius appellabitur. Qua
re ſicuti

re ſicuti nõnulla neceſſaria ſimpliciter ſunt, q̃a deus ip
ſa ſic uidet, ut eſſe uelit, uel ſimpliciter, uel ex cõſequẽ
ti, ut deficere lunã, offuſcari ſolẽ, regredi planetas, mo
ri hoĩes, punire nocẽtes, caſtigari pœnitẽtes, ſic multa
cõditiõalẽ habẽt neceſſitatẽ, q̃a illi q̃dẽ p̃ſentia ſunt, no
bis uero futura, nec ſunt futura, q̃a deus p̃uidit, ſed q̃a
futura ſunt ideo p̃uidit, immo, q̃a ſibi p̃ſentia ſunt, iccir
co illa uidet, & q̃a nobis futura ſunt, quæ p̃ſentis dei
aſpectu neceſſitatẽ habẽt. Iccirco ſimplicẽ habere ip
ſa neceſſitatem putamus, quæ cõditiõis eſt nõ naturæ,
qualia ſunt oĩa, quæ cõtingẽtia nominãtur, quæq; ca
ſus, aut fortuna ſolet uehere, Ex his patet, q̃ p̃uidẽtia
eſt, ut iuniores appellãt, fatũ ſimul cõiũgẽtes, ſimplex,
ſtabilis æternaq; in itellectu dei ratio, quæ rebus acco
modata p̃ natura, quaslibet ſua, alias ſtabiliter regit,
ac firmat, alias mobiliter atq; tẽporaliter ordinans di
ſpõit, & explicat. Hãc p̃uidẽtiã dei, nec quæ à liber
tate gerũtur ſubfugiũt, libera enĩ neceſſario natura oĩs
rãtiõis particeps, creata ẽ, nã niſi libera eſſet, fruſtra ſi
bi ratio limata eſſet. Libertati etiã lex, ſiue dei p̃ceptũ,
quaſi materia, ubi ſeipſam libertas expiatur, datũ eſt,
nã niſi hoc faciundũ ratio diſcernat, cur, aut q̃uo pote
rit eſſe libera? Ita pp rationẽ nobis libertas ineſt, & ut
libertate uti poſſimus, aliud conceditur, aliud prohibe
tur. Verũ quicq̃d acturi ſumus, deus utroq; prouiden
tiæ modo cognoſcit, nã & ſtabiliter ſicut oĩa, id quoq;
præſentialiter uidet, nec naturã rei ex cõtingẽti in ne
ceſſitatẽ, q̃a cognoſcit, ſimplicẽ ĩpellit, ſed in cõditiona
lẽ uertit, quod oĩbus cõtingẽtibus, etiã hoĩs cognitiõe

præſenti accidere ſolet. Neceſſe eſt eñi ſedere, quẽ ſede-
re uidemus, & ſerie fatorũ tẽporali diſpõit in melius,
nã actus qdẽ creaturæ ratiõalis bonos, & præuenien-
do incitat, & ſubſequẽdo firmat, & auget, qppe quæ
habemus bona, habituriq; ſumus, oĩa dono dei accipi
mus, mala uero ſoli nos agimus, & ſoli eorũ authores ſu
mus. Ex qbus tamẽ multa & magna clemẽtis prouidẽ
tia dei bona elicit. Immẽſa eñi, ac infinita eſt bõitas ei-
us, ſicut, & potẽtia, & ſapiẽtia, hæc ſumma bõitas ei-
us facit, & ad rẽ aliquãdo redeamus, ut qcqd creatu-
ra oĩs recipe poteſt, benigniſſime largitur. Ideo fatorũ
ordinẽ nõ p ſe imediate, ſed p creaturas pleruq;, immo
ſemp, dum ſuſcipe queãt, exeqtur ſuas, nã alia p ſepa
ratas formas, ſiue angelos, ſiue demones facit, alia per
hoïes multa, p cœlum, atq; naturã ſuis cũcta tẽpori-
bus diſpõit, & pagit. Sicut enim ſumme ſapiẽs omnia
uidet, ſicut oïpotẽs motus cœlorũ ita diſponit, ut nec
antea, nec poſtea q̃ opus ſit uim inferioribus impri-
mant ſuam. Quod exẽplis, ut ſimul tantum creaturis,
præ ieffabili bonitate eius tribui, pateat, quantum fer
re poſſunt, præ oculis ponere nõ grauabimur. Princi
pia motuum planætarum, quas radices nominant, maxi
mi priſciq; diluuii, quod ſub Noe fuiſſe traditur tẽpo-
ribus, accomodata feruntur, ex qbus dignoſcitur dſpo
ſitione cœli aquarũ uim ingẽtẽ, tum defluxiſſe, maior
tamẽ fuit, ſicut ſcripture authoritas tradit, q̃ ut natu
ra rerũ deuehi potuiſſet. Quare motus ipſos cœlorum,
ſicut oïpotẽs immẽſeq; ſapiẽtie, ſic à principio & ſci-
uit & potuit diſponere, ut eo tẽporæ aquæ maximæ
de cœlo in naturaliter deſcẽderẽt, quando ad puniẽ-
dos improbos, opus erat, & quoniã maiorẽ aquarum
impetũ pdita illa tẽpora flagitabãt, q̃ cœli poterant
naturaliter pparare. Sicut naturæ dominus, quod na-
tura fieri nõ potuit, ipſe ſuppleuit. Itaq; partim media
te p motus cœlorũ, partim immediate illis tẽporibus nõ
aliter prouidit, q̃ æternaliter ſtatuit. In exitu quoq; po
puli ex ægipto, quoniam gloriã ſuam p excitationẽ ma
ris manifeſtare uoluit, auſtro uẽto, non niſi ſtellarũ mo
tibus excitato, abduxit aquas longiuſq; ſemouit, ſed nõ
poterãt hoïes per uada tranſire, quare ne lubricis lapſi
ueſtigiis ab hoſtibus caperẽtur, qcquid humiditatis re
lictũ in cauis fuerat locis, deus oïpotẽtia ſua in murũ
à dextris & in murum à ſiniſtris ſuæ gẽtis collectum
erexit. Vtrũq; igitur, tam quod natura duce, tã quod
ſupnaturaliter deus tunc bonitate, omnipotẽtia, ſapien
tiaq; ſua effecit, ſcripturæ teſtimonio ubiq; p̃dicatur,
nec eſt gẽs ulla, quæ non credit. Quid quod ipſe natu
ræ dominus, homo factus, oĩa quæ ſine peccato (quod
qa nihil eſt lõge abeſt ab eo q eſt) natura facere poteſt,
ſuſcepit, quæ naturæ uires excedunt, ipſe ſuppleuit id-
ipſum. In p̃dicatiõe quoq; numinis ſui p orbẽ terrarum
& factum fuiſſe legitans, & fieri uidemus. Hominum
enim miniſterio, laboribus, cruciatibuſq; catholicã ue
ritatẽ docuit, auxit, ſtabiliuit, qui cum puſilli, paupe-
res, indocti, ſæculi dico litteris, oẽs ferè fuiſſent, obrui
ti ab infirmitate fuiſſent, niſi miraculorũ, quæ naturæ
uim ſupant, magnitudine, multitudineq; uiciſſent. Vn
de Paulus. Non uexationũ, picolorumq; pauore, ſed de

ſiderio manſtādæ ſtabiliēdæq; miro momēto ueritatis ter dixit oraſſe, audiſſeq; ſatis ſibi fuiſſe, qđ diuina gratia muniretur. Præſertim cū dei uirtus in infirmitate pficiatur. Id uero nihil aliud, ſicut ego arbitror, ſignificat, ꝙ ꝙ imbecillitate creaturarum, quantum ope, ipſius agere poſſint pro clemētia utitur ſua, quantum non poſſunt, ipſe uirtute pficit ſua. Quorſum hæc? ut pſpicuum facerimus, deum quantum fieri poteſt natura mediatē, omnibus prouidere, ſi nulla creaturarum rei agē de magnitudinē pōduſq; capere poteſt, immediate nullo extrinſecus, quaſi organo quæſito, non in tēpore, ſed in momēto, modo uelit, omnia facere.

### Quod ſicut ſcripturæ, ſic Ariſtoteles quoq; omnia diuinitus bona creaturis tribui cenſet, quæ ſuſcipere poſſint.

HEc omnia Ariſtoteles cum recte diſſeruiſſet, multa naturæ tribuit, immo cuncta p eā generabilia & corruptibilia gigni oſtendit, & hac ex re fortaſſis anſa detractores repta, nullam īfra lunam eſſe prouidētiā dei opinatum fuiſſe crediderūt, non aduerterunt enim primū, quod cælos, & naturā à primo eſſe principio, non uaria oratione, ſed ualidis rationibus pbat, deinde quod uiuere uiuētiū, inde ſimiliter pſiciſci cōtēdit. Nā quod natura id fieri duce, arbitratur, nihil ad rē, ſic enim nec puidētia dei negatur, & quod minus non eſt bonitas pdicatur, nēpe q non intelligētiæ alicui, ſed naturæ, ſenſu carenti, non alia (meo qdē inditio) de cauſa tantā ui dedit, niſi ne ſtultitia hominum, honorē ſummi dei in ipſam cōferret. Nihil eſt enī furioſius, ꝙ inſenſatum aliqđ quaſi deū colere. Mirum certe hinc uideri poteſt, quod tam apte mendacium dixerint, negantes infra lunam eſſe ullum prouidētiæ locum, ſecundum Ariſtotelē. Quid q etiā immediate nihil conferēte natura innaſci animorū hominū fœtibus, uerbis ipſius demonſtrauimus, qppe qui nō pfuiſſe ipſum ante corpora, nec ex potētia materiæ prouenire cōtendit, imo demonſtrat, qđ aliud dicit ꝙ immediate à primo nihil cōferēte natura, innaſci eos in humanis corporibs, & recte ſanè, nā cū nihil natura producat, ex non ente ſimpliciter, illius eſt ſolius, hoc opus, q actus purus eſt, qui oīpotēs, qui nō in tempore, ſed in momēto pagit uniuerſa, qui modo uelit, oīa fiunt, quæ uelit, qui nullo ad hoc utitur organo, nulla natura, nulla creatura, nō qa ipſe uellet, huius quoq; rei pticipes ſuas facere creaturas, ſed qa nulla creata res, eqquā poteſt ad creādū cōducere, nā ut creare īmēſe, ac infinitæ uirtutis eſt, ſic oīs creatura, & ipſa terminata, & uiriū finitarū eſt, finitū autē infinito quicquā poſſe conferre, nemo niſi pugnātia cōcedere uelit, nutrire audebit. Cōpara hæc cū platonicorū præſtigiis, q nō à primo deo ſed à ſecundo, neſcio quo, aut etiā tertio productū, nec à nihilo, ſed ex præexiſtēte informiq; matria mundū delirāt, & aīos corporibus præfuiſſe, delabiq; in corpora garriūt, qq; oīa ex neceſſitate fieri autumant, prouidētiæ naq; uim, aut nullā eſſe, aut ſi qua ē, ſicuti eſt, nihil eſſe cōtingēs, nihil in nobis, ſed quicquid agimus neceſſario id fieri, quoniā prouidēs deus pſciunt, & qđ præſcitum eſt neceſſariū eſſe, hāc neceſſitatē à ſtellis de

pẽdere exiſtimant. Hec pniſioſa chriſtianis eſſe qs nõ uiderit? falſa igitur ſicut alterũ a ſupioribus coarguitur, de altero, quãtum ad ſtellas ptinet, i cõmẽtariis ſuper Ptolomei cẽtiloquiũ in ariſtotelica philoſophia poſt ipſum Ariſtotelẽ doctiſſimi, i omni autẽ genere doctrinarũ, lõge omniũ primi, dictum nobis diffuſius eſt.

Quod omnis hæretica peruerſitas, & grecorum calamitas, a platonis orta eſt ſcriptis, ab ariſtotelicis, contra maxime latini adiuti ſunt.

HEc ſunt, quæ ueritati catholicæ magis conueniũt q̃ ariſtotelica? hæc ſunt quæ Platonẽ diuinũ faciũt hominẽ, & ſuos oẽs demonios, ſicut ipſi appellant, ſola diuinitatis illius confeſſiõe reddunt? Hæc ſunt quibus pdita græcia Platonis ſcripta, quaſi dei uoces honorat, ueneratur, colit? hæc ſunt quibus nõnulli trãſitum in Italiã patefacere conantur, ut nõ aliter ipſam, q̃ patriã ſuam p indignationẽ dei poſſint euertere? Hæc certe ſunt, & ſi alia ſunt, his ſimilia certe ſunt. Quas ob res deſinamus aliquãdo præ animi ratione, in ſtuporẽ uerti, quod tantis calamitatibus Platonis laudatores, imitatoreſq; publice ſint ſummerſi, ut iã nulli eſſe uideãtur. Quare nõ iniuria torpor mihi ſenſum nõ paruus eripit, cũ reclamare nõnullos, præ itollerabili arrogantia ſentiã. Nec tot hæreticorũ greges, tot infideliũ armenta, ex platonicæ phyloſophiæ exorta ineptiis, ipudica eorũ ora cõfundi poſſe uideã, oĩa profecto ipietatis potẽtia, ex ſtirpibus ſectæ platonicorum pullularunt. Hinc Arriãi creationẽ oium rerũ ex nihilo ipudẽter in creaturã reiecerunt. Verbũ dei & creaturam, & creatorẽ pdicãtes. Nam cum Plato falſitatis demonio, quod Socrati quoq; in multis miniſtrauit, p doctus, non a primo deo, ſed a creato quodã, atq; ſecũdo facta eſſe uniuerſa nugaretur. Verbũq; patris creatum, hunc deum ſuum appellaret, hac ipia eius ſententia iductus Arrius, quoniam filiũ dei creatorẽ oium dici a ſcripturis audiebat, creaturã eẽ ipſum facile Platonis admirator, & ipſe credidit, & cæteris ſuadere conatus. Acerbo nimium uulnere, lõgiſq; tẽporibus, magna ex parte uexauit, cõquaſſauit, proſtrauit eccleſiã. Hic Ennomunus poſtea idipſum in ſpiritum ſanctum obiecto ſcelere fecit, hinc ſemina ſciſmatis græcorum ab eccleſia romana, & uere catholica in Platonicis agris occẽt, germina erunt & inobſecrabiles creuerunt ſegetes. Vnde uniuerſa oriẽtalis eccleſia uenænoſis, ac uirulẽtis ſaturata cibis, funditus corruit, nã qui eloquẽtia Platonis, territi, attonitiq; fuerunt, cum ab eo fundamenta didiciſſent & a ſeipſis inducti crediſſent, creandi uirtutẽ, a primo pricipio totum eſſe, ſecundo deo atq; creato traditã, nec poſſe pter ipſam filio a patre dari cõtẽdebãt, & multi ex reliquiis eorum ſocratico, ac platonico ſpiritu ipulſi, ſynodum florẽtinã floccipẽdentes, adhuc cõtẽnunt, adeo ut Machmueto ſeruire, q̃ cum eccleſia romana liberi uiuere malint. Hic, proh ſcelus, non ineffabilẽ ſolum in trinitate maieſtatẽ, ſibi cõuenientẽ laudant, colunt, adorãt, uerumetiã innumerabiles alias, quod pter platonicos nemo uinolẽtus, ſomnoq; grauis ſomniauit, nemo uerbis euomit, nemo ſcriptis in poſteros eructauit, deitatis in infinitũ a primo

glorie, dignitate, potētia, eſſentia deficiētes, ac inter ſe
diuerſas adeo, ut aliæ ſummiſſiores natura, aliæ, pſtan
tiores eſſe cognoſcantur. In eadē cum trinitate celſitu/
dine locāt, & eodē cultu græcorum proſequta eccleſia
eſt, deorū Platonis imitata multitudinē, nam ſicut ille
ſingulis deos naturis rerum pfecit, non aliter ii quoq;
ſingula, quæ deo attribuuntur, in diuerſas cōflare dei
tates nō dubitarunt. Idq; ſynodice tunc decreuerunt,
aut potius uniuerſæ orietali eccleſiæ iuſſerunt, quan
do Turcorū ſæuitas ī Europā ex Aſia, diſſidētibus græ
cis, traiecit. Huius īfidelitatis ſectatores palamitas re/
liqui appellarunt, quoniā a quodam qui īter ſanctos
uiros poſtea fuit aſſumptus, cui Palamæ nomen erat,
non excogitata, ſed amplificata, defenſaq; fuit, qui ue/
ro decretis eorum reſtiterunt acindinati ab eo, qui Pa/
lamā oppugnauit, & a Palama expugnatus fuit, nomi
nati ſunt. Ex eo tēpore nunquā, penè apud græcos do/
ctus uir cōſtātinopoli uixit, pellebātur enī quaſi hære/
tici, anathematiq; tradebātur oēs, qui cūcta deo attri
buta, nō lōge alia natura, q̄ trinitatē eſſe cēſerēt, tri/
nitatē enī inuiſibilē ſolā aiūt, cætera quæ in ea æterna
liter ſunt, quæq; deitates ab eo uocantur, cerni oculis
poſſe. Talē fuiſſe lucē illā, quæ ī mēte triū apoſtolorum
oculis pſpecta refulſit, talē quoq; ſæpius a ſtudioſis ſo/
lere mōachis uideri, cū orationibus, & lōgo ſe ieiunio ma
cerauerit. Talia quoq; uio, epuliſq; repletorū ſcītillare
oculis ipſe cōtēderi. Quid facio? nō difficilius mihi eēt
frōdes arborū, arenā littoris, aīaliū pilos, piſces maris,
cœlorū ſtellas, q̄ mala, quæ xpiāis p platōicorū doctri

nam, euenerūt, euētura[q;] ſint, niſi caueamus cōnume
rare. Cōtra uero ſi qs conſiderat, inueniet ariſtotelicā
phylophiā plurimam ueritati contuliſſe, cuius rei certū
illud initium eſt, quod oēs chriſtiani, qui maxime Ari/
ſtotelē ſecuti ſunt, ſummopere in theologia profecerūt.
Non erit facile recenſere, quot apud latinos, ariſtotelici
phyloſophi optime de dogmatibus eccleſiæ, de fide ac
religiōe chriſtiana, & ſenſerunt & ſcripſerunt, quorū
ſcripta ſententiis ſunt ariſtotelicis referta, cuncta. n. pe
nè quæ dicunt ariſtotelica diſciplina, natura rerū pbā
tur. Quare theologiā ego ueram, & integrā, & natu
ræ cognitionē, uoluminibus eorū in unum cōponi, ag/
gregari, ſimulq; doceri, non iniuria dixeri, nec deū eni
aliter, in hac uita, niſi primum atq; pcipue reuelatiōe,
deinde naturæ cognitione, poſſumus agnoſcere. Reuela
tione, qd credēdum ſit, p gratiā ſaluatoris didicimus,
Rerum naturaliū cognitione, qd ſit qd credimus modo
quodā percipimus. Impoſſibile enī eſt, recte ac firmiter
credere, niſi qd credis ſubintelligas. Id Ariſtotelis uo/
lumina diuinitus, hoibus data, efficiunt. Quare nō eſt
mirum, ſi græci Ariſtotele cōtēpto, penituſq; ignorato,
ſicut cognitionē rerum, abiecerunt, ita fidē et catholi
cam ignorarunt. Latini contra, tanto in ueritate cogno
ſcēda, & pſtiterunt & præſtant, q̄to Ariſtoteli magis
incubuerunt & naturæ ſecreta ipſo duce rimati, longa
laborioſaq; indagine qd quærebāt, cōſecuti ſunt. Et pro
fecto ſi quis certior uelit, hac fieri de cauſa, potiſſimū,
hac & nō alia (ſūnditus loquor) & græcos fuiſſe ſum
ma hac eē ignorantia cōuolutos, & latinos cum rerum

ſcientia, tum maxime theologica ſubtilitate firmatos, qđ alteri Ariſtotelē, alteri Platonē, & admirabātur, & admirantur. Fingat primum nunquā fuiſſe Ariſtotelē, deinde non pernitioſos Platonis codices, neq; inanē illā garrulitatē, ſed Ariſtotelē, non minoris, apđ græcos, q̄ apud pſas, apud arabes, aut latinos fuiſſe & ſtatim uidebis, nec hos in tantā humanarū diuiarumq; rerum pſpicientiā, in tantā uiuendi copiā, ordinandi modū, dicendi facultatem euadere, nec illos in tantum ignorantie dedecus relabi potuiſſe, quod pfecto tātum eſt, ut iā aiam, non pro alia re ulla, ſed ſolum p ſale hēre uideātur. Quas ob res, nemini abſq; turbatione animi cōſideranti dubiū eē arbitror, magnos utroſq; hos uiros, de quorum collatiōe agitur, fuiſſe. Ingentiaq; generi hominū, doctrina & eruditione ipſorum collata fuiſſe, ab altero calamitates, ruinas, ignorantiā, multiplices atq; uarias hæreſes, ab altero ſcietiam atq; cognitionē rerū & quæ ad hæc conſecuntur, prudētiam in agēdo, fortitudinē iperpetiendo, iuſtitiam in diſtribuendo, modeſtiam in continēdo coercendoq; ſeipſo, ne uoluptatum lenociniis atq; deliciis redundet, ac diffluat, fœlicitatem deniq; humanā, & gratiæ, quæ p informatum caritate fidē, nobis diuinitus dono datur, tātā q̄ſta hominū, pſidio fieri pōt, confirmationē, atq; amplitudinē.

De origine lachrimarum & utilitate ipſarum.

VErum & ſi modus huius uoluminis hic ſtatuendus erat, non uerebimur tamē, ne in maiorē q̄ decear ex creſcat magnitudinē, ſi quātum nobis Ariſtoteles ad pœnitētiā quoq; ac lachrimas conducit, breuiter exponemus. Res enim hæc ſic neceſſaria eſt ad ſalutem, ut ſcđm poſt baptiſma locum poſſidere phibeatur, ad quā nihil hoībus attulit Plato, atq; utinam non cōtra ſalutem, doctrina ſua militaret. Lachrymas Ariſtoteles modicas, & loco & tpe laudat, nihil eni qđ natura fit, iprobandum ſentit, affectus autē ā natura eſſe datos, quæ cū ſit dei lex, nihil fruſtra facere pōt. Exceſſum in hmōi oībus & defectum improbat, qđ non niſi q̄tum, ad hanc uitam ſpectat, intelligēdum eſt, humanam enim & huius uitæ quærebat, non cœlorum fœlicitatem, qua de re uerbum quidem unum tunc hoīes faciebāt ſed mutato fine, oīa quæ ad finē ſunt, ab eo ipſo mutari didicimus. Quare ſicut edēdi & bibendi moderationē ieiunio, ſicut modeſtam, uenerē, uirginitate pfecimus, ſic & lachrimas, & poenitendi dolorem, non terminis aſtrinximus, ſed ſcripturæ pceptis admoniti, tanto laudabiliora hæc eē putamus, quanto maiora ſunt. Pœnitentiæ nāq; dolor ſi etiā extinguat, mō cum lachrimis fit, uituperari non poteſt, hoc ita ſe hēre pſpicuum eſt chriſtianis. Quare non ē opus multorum magnorumq; doctorum ſententia, & ipſius authoritate ſcripturæ id cōprobare, ſed qđ ad propoſitum attinet, Ariſtotelis doctrinam oſtendamus, multū hanc ad rem, nobis cōducere, ut qđ eccleſia prædicat, id p ipm, quaſi demonſtrari uideatur, qđ ut facilius liquidiuſq; pſpici poſſit, originē lachrimarum opacam atq; abditam multis, colluſtremus. Vniuerſa quæ calore in uaporem & quaſi infumum, reſoluuntur, naturā caloris accipiunt, ſed calori apprimē lenitas ineſt ignea.

Itaq; ſicut ignis ſupiora altioraq; petit, ſi reſoluta uni uerſa, relicto compacti corpis denſiorisq; unde rareſcebāt loco, quo ad poſſunt, aſcendunt. Verum ſi antea q̄ eo pueniant, ubi quies eis & manſio quaſi ſua conceditur, aut frigeſcere incipiāt, aut altius pgredi nequeant, cito ignea leuitate amiſſa, & in aqueam uerſa naturam, aqueo pondere deferuntur. Horum alterum, defluentes a frigidiore aeris regione oſtendunt aquæ, alterum in ambicis uidere licet, in qbus herbarū humiditas, in fumum redacta, q̄ primum ī ambicorum teſtam ipacta fuerit, illico in aquā uerſa defertur, hæc ita gigni, tum ratione, tum oculis cernimus. Videmus aūt in corpore humano, ceu in ambico, tres præcipue fieri ex reſolutiōe (ut ita dicam) effumatiōes ſtomaci, iecinoris, ac lienis & cordis, deflexus etiā, & quaſi fumorum uerſiones, tres ſimiliter atq; neceſſario ſingulas ſingulis reſpondētes, narium, aurium, oculorum, nec eſt ambiguum, quin naſi emunctio, deſcenſuſq; humiditatis huiuſmodi, ortū a ſtomacho habeat, aurium ſordes a liene atq; iecinore proficiſci, ipſorum ſitus mēbrorum, indicat. Quas ob res ipſa re patet, reliquum reliquo accōmodari & lachrimas ex oculis defluentes, a cordis effumationibus, gigni neceſſariū eē. Adde qđ nobilior rerum euētus, nobiliorē ſemp habet originem, lachrimæ autē & auriū ſordibus, & narium putido humore, non minus præſtant, q̄ cor uiſceribus cæteris atq; ſtomacho. Præterea dolores & ſpei mirabilis cōiūctio, quæ qualis ſit mō explicabitur, neceſſario mirabiles, cōflat ſcatebras, fonteſq; aperit inauditos, quos ini oculis cernere licet, ex ipſis eni ſolum, calidus adhuc præ magnitudine doloris, quaſi uno momento, aſcendat deferaturq; humor, genas ſolet irrigare. Hinc Homerus quoq; oīum poetarum præſtantiſſimus, atq; adeo ipſius poeſis fons & origo, calidas effundi, ex oculis lachrimas canens atteſtatur. Ad huc multi aliorum, de fluxu um origimem, non aliam, q̄ nos expoſuimus, aperte dicunt, lachrimarum ingenue ignorare fatentur.

Quod ueriſimile eſt Ariſtotelem, æternam eſſe ſalutem conſequutum.

Quas orbes perſpicuum iam undiq; factū eſt, non aliūde lachrymas, q̄ ex effumationibus cordis in caput ſurſum, calore ductis, ac reuerberatione quadā, coactis, praſſiuſq; in humorem cōdēſatis, latius deſcendere. Sed habet hæc res multas ambiguitates, nam nec ſemp fluunt & ppetue non nunquā, cum inceperint adeo ſunt, ut nō niſi una cum obitu, terminentur, ut mirū ſit, unde tanta lachrimarum flumina erumpere poſſint. Præterea totum deſiccari earum fluentis corpus aſpicitur, ut magis ex oībus hoīum mēbris, q̄ ex uno corde trahi uideātur. Accedit quod ſi dolor cordis earum cā ſit, ut uulgo dicitur, cur multi magnitudine doloris mori, nulla emiſſa lachrima cernuntur? aut cur ingens dolor, ſi cū lachrimis ē, nō opprimit? ſi abſq; lachrimis citius ſuffocatur? Vnde priſca & prudēs illa græcia dolorē, quē ex mortibus noſtrorū maximum capimus, lachrimis multo magis ac facilius, q̄ alia releuari poſſe non dubitans, flebili uoce decantare orationes in funere ſolebat, quas

monoclias uocant, qbus nihil aliud facere, qui ſcribũt
(niſi inſaniant, nec ſe ipſos intelligant, ) conantur, q̃
lachrimis conſolari. Quod uſq; ad hunc diem fieri ui/
demus, nã & uultu, & uoce, & geſtu, cõplexuq; lamẽ
tabili ac deniq; lachrimis ipſis, ut ſimilitudĩe affecti,
natura duce cõmoueantur ad lachrimas, dolentes con/
citare conſueuimus, quaſi ea res ſola exuperantẽ, poſſit
dolorẽ mitigare, & acriter inſidentem, excutere. Hæc
ceteraq; hmõi naturæ ductu fieri uidebimus, ſi rerum
ipſarum naturã intellexerimus. Principio penitus tenẽ
dũ eſt, quanquã ex corde ſurſum ferri calore materiã,
lachrimarum non ſumus neſcii, non ſemp tamen, id ac/
cidere ſolere, ipſa re cernimus. Sed q̃ndo calor cordis,
dolore agitatus, reſoluto humore fumos ſurſum emittit.
Et quoniã in corde uitæ fons eſt, propterea nunquam
humore, niſi totius corporis ariditate, deſtituitur, cõfluit
enim undiq; naturæ uiribus attractus, ad ſuſtentandũ
cor, id eſt uitæ fundamentum atq; originẽ uniuerſus
corporis ſuccus. Hac de cã, nec ſemp funduntur & non
nunquã, modo dolor duret ad mortẽ uſq;, lachrimæ
perdurant, ſed multis nec lachrimulã quidem una, quã
uis magno pungantur dolore, cilia humectantur, non
enim oĩs dolor ita cordis calorẽ excitat, ut humor qui
in eo eſt euaporet, ſed ille ſolum q cum ſpe eſt, ſpes enĩ
facit, ut quaſi exiliat cor atq; dilatetur, quo eius ſaltu
commotus humor & dolore reſolutus aſcendit nec &
ſi cor ſemper ſalit, quia ſemper homo ſperat, materia
tamen lachrimis ſemper datur, ſed quando & ſaltus,
ut ego arbitror, præ dolore maior, & dolor tum rerũ
acerbitate uehementior, tum etiam ſpe qualis, quidam
factus, dilatatis meatibus, excitatos calore fumos emit
tit, hæc igitur dico ut lachrimæ promerentur, conueni
re neceſſe eſt, dolorẽ compunctione quadam cordis,
& ſpem illi dolori accõmodatã & quaſi proportiona/
tam, nã ſi ſpes non adeſt, ſaltus cordis deſinit, ſi ſaltus
deſit, cõprimitur, pori cõcludũtur, calor itenditur, hu
mor ferueſcit, nec euaporat, & ita dolor p̃ uniuerſa hæc
ĩ circulũ quaſi redactus creſcit, & quæ deſpationẽ cõ
ſecuntur augeſcunt. Quare neceſſe eſt uitalẽ cordis ſpi
ritum undiq; circunſeptum, extingui. Sed uerba ipſius
Ariſtotelis, hoc eſt ſcribæ rerum naturæ, (naturæ nãq;
ſcribã, ego eũ & merito ut arbitror appellarim, qa ſic
ſcripſit ut oĩa dictante natura, ſcripſiſſe uideatur) attẽ
tius oro audiamus. In tertio igitur de partibus aĩalium
libro q tercius decimus, ſicut latini connumerant, inue
nitur, ubi de pulmone ſermo ſibi eſt, hæc ſcribit. Pul/
mo igitur & ſpirãdi organum eſt, & hẽt principium
motus à corde, facitq; ſpiritus ingreſſu dilationẽ, pp
ſpõgioſitatem, & magnitudinẽ ſuã, cum enĩ extollitur
ſpũs influit, cũ uero deprimitur, rurſus egreditur, apte
docet inſpirandi reſpirãdiq; facultatẽ, pulmonẽ aĩali
bus dari, aciõ nõ ĩ oĩbus, ſed tantũ ĩ greſſibilibus, quæ
ſola fermè reſpirant, pulmonẽ inueniri, addit deide.
Quod aũt ad ſaltum cordis pulmo locetur, non recte
dicitur, ſolummõ enim in hoĩe, ut breuiter dicã, ſaltus
accidit, ſolus enĩ in ſpe ac expectatione factus eſt, nec
paruo in pluribus diſtat interuallo, locumq; habet nõ
parum ſupra pulmonẽ, ut nullã pulmo ad ſaltum cor/

dis conferat paſſionẽ, ſaltum cor facit, quẽ multi ex pul
monis dilatione cõpreſſioneq́ꝫ accidere dicentes arguũ
tur, primum quod ſaltus cordis, in hoie ſolo inuenitur,
in cæteris oibus, quæ pulmonẽ habẽt, nequaq̄. Deide
qđ non paruum, inter pulmonẽ & cor interuallum eſt
ut ſpatium ſufficere poſſit, ne quis putet ſaltum cordis
ꝑ dilationẽ cõpreſſiõemq́ꝫ pulmonis fieri. Ad huc pul
mo dit, nullam poteſt ad ſaltum cordis paſſionem, ideſt
motum aut uarietatem afferre. Sed qđ ad propoſitum
noſtrum attinet illud eſt, illud inquam eſt qđ, in ſolo
hoĩe ſaltum cordis fieri aſſeuerat, idq́ꝫ non alia ratione
oſtendit, niſi quia ſolus eſt in ſpe atq́ꝫ expectatione fu
turi, nâ uentura expectare, ſperare futurum qđ optes,
cognitionis ſolius atq́ꝫ rationis eſt, hæc futurorum ut
ipſe inqt, expectatio ſaltum facit cordis, ſalit enĩ ſemꝑ
expectans ſperanſq́ꝫ. Saltus uero futuros eius (ſic enĩ
appellat meatus, aut potius poros) diſtrahit atq́ꝫ apit,
ꝑ quos aſcendit reſolutus calore humor, qui repcuſſio
ne, in aqueam cõuerſus naturã, ac ꝑ oculos effuſus, la
chrymarũ uocabulo nominatur, quæ res ĩde quoq́ꝫ ap
probatur, q̄ lachrýmas ĩ cæteris defluere aĩalibus nõ
uidemus, nam quia ſaltu cordis carent, nõ ſuſtollitur ẽ
corde humor, qui eſt materia lachrimarũ. Humectari
tamen oculi nonnullorum cernuntur, qđ ex ſolo pulmo
nis fumo accidere neceſſe ẽ, quo circa minima, penitus
reſolutio fit, non enĩ niſi ariditas cordis uniuerſum cor
poris ſuccũ poteſt attrahere. Pricipio enĩ uitæ ſoli ſum
mopere laboranti, quoqũo poteſt natura, ẽt totius cõſum
ptione corpis, ſubuenire conatur. Cũ ergo dolor una,
cum ſpe

cum ſpe adeſt, uitalibus cõfertus ſpiritibus, ſanguis, q
in cordis cõcauo eſt. Vnde uoluptatis doloriſq́ꝫ ſenſus
primũ, ut ipſe uult, proficiſcitur. Hic ſanguis dolore ef
ferueſcẽs ꝑ poros, propter ſaltũ aptiores effumat in ca
put, lachrýmarũ & origo ſecundũ Ariſtotelẽ eſt. Hæc
oĩa, quæ ambigua uidebãtur, uia diſſoluũtur, atq́ꝫ cla
reſcunt. Hanc ita cõgruere ueritati catholicæ res ipſa
oſtendit, ut ab uno cum ipſa ueritate fonte, ſed diuerſis
aĩabus deriuata eſſe cognoſcãtur. Nã quod Ariſtoteles,
ut naturæ magiſter ſcripſit, idipſum eccleſiæ doctores
gratia deſuꝑ illuſtrati, tradiderũt. Vtriq́ꝫ igitur à deo,
q eſt bonorũ oĩum cauſa. Sed ad aliũ atq́ꝫ alium finem
acceperunt. Ille ad ſcientiã, reuelatio ad ſalutẽ cũcta
retulit. Quare ille materialẽ, efficiẽtemq́ꝫ cauſam expo
ſuit, ſcriptura finale mihi ſolum ꝑ̄dicare uidetur. Nam
cum baptiſma, ſalutis noſtræ pricipiũ quoddã ſit, ſi ſor
dibus peccatorum iniectis obruitur, nõ ĩuenitur ſalutis
hoĩbus uia, niſi ꝑ pœnitentiã, pœnitẽtia porro nõ oĩbus
bona eſt, ſed ſola quæ ſpe ſalutis ĩformatur. Quare fit,
ut pœnitentiæ dolor, ſi abſq́ꝫ ſpe ſit, cito uitali ſpiritu
cordis ſuffocato, hoĩem ĩterimat, quod & multis, q de
ſꝑatiõe laqueũ ſibi ꝑ̄parãrũt accidiſſe nõ ignoramus,
& Iudas, qui dominũ tradidit, uerum eſſe teſtatur, tã
magno enĩ pœnitentiæ dolore ꝑcuſſus, ut & pecuniã,
quã plurimi faciebat, abiecit, & magna peccatũ uoce
confeſſus fuerit, & ſeipſum ſuſpendio ꝑdiderit, ſpe nã
q́ꝫ ablata, ſaltus cordis reſedit, cuius caſu cõcluſus, in
cauo cordis ſpiritus uitalis, eũ ſuffocaſſet, paulo poſt,
niſi ſeipſum ex deſperatiõe ipſe ſuffocaſſet, ſed hæc qui

dem accidunt, ſi pœnitentiæ dolor ſpē nō admittit, ſin
uero ſpes dolori, quaſi forma inhæreret, deſcruūtur lauda
biles, ſalubreſq́; lachrymæ, quas alterū Nazāzenus il
le Gregorius lauacrū appellare nō dubitauit, nec id i/
merito, nā ſicut aqua baptiſmatis nō ꝑ ſeipſam, ſed per
aliud, cuius quaſi ſignum eſt, peccata hoīs abluit, ſic la
chrymæ non ꝑ ſeipſas, ſed ꝑ aliud, quod ueſtigio mon
ſtrāt, ſalutē pariunt. Veſtigiū enī probatæ ſunt pœni
tentiæ, quæ dolore, ac ſpe, ſicut ex materia, & forma
conſtare uidetur. Hæc ipſa ratio eſt, quare ſiqs lachry/
mis præ dolore male actæ uitæ confectus eſt, in cœlos
hac de cauſa euolaſſē credunt, cum nemo illuc, q mor/
tem ſibi conſciuerit ꝑueniſſē poſſe putetur, nā nec ſeip/
ſum occidit, qui peccata lugebat ſua, nec recta ſpes il
lum, fruſtrata unquam eſt.

Vērum hic loci factus, nō iniuria quærā, utrū
qui tot tantaq́; hoībus, cū ad ſciēdum, tū etiā
ad mores contulit adiumēta, ut ſi ſolus non
fuiſſet, ne pricipia quidē naturalium ſciētiarum haberē
tur, ſed neq́; mores ſecundū naturā exculti, Salutē con/
ſecutus ſit, an cū cæteris uiā ſalutis monſtrauerit, quæ
poſt fidem rectæ uiuendi ratio eſt, cuius ipſe magiſter ꝑ
petuus eſſe cōceditur, longe à beatorū reiectis domici
liis, acerbis, & ſine ſine ſupplicis crucietur. Hoc ulti/
mum non ſimile ſolum ueri, ſed oīno uerum multi arbi/
trantur, qui oēs gētes ante ſaluatoris tēpora uixerunt,
facile damnant, nemo enī īquiunt, niſi ſaluatoris nomi
ne ſaluari poteſt. Durus ſermo, & iniqua ſententia, ſi oēs
hoīes, quos uniuerſa ſecula tulerunt ꝑiſſe uidebūtur,

Nec tamen negādum eſt, nemiē abſq́; ſaluatore poſſe
ſaluari, ſed oīa tēporibus accōmodanda contenderim.
Quare quēadmodum, poſt ſaluatoris tēpora, ex inani/
ta lege moſayca, niſi qs expreſſe crediderit, ſalutis par
ticeps eſſe non poterit, ſic ante aduētum eius, nō expreſ
ſa, ſed confuſior, ac temporibus gentibuſq́; idonea con/
feſſio quærebatur, non enī erat opus expreſſa in ſalua/
torem fide, ſed abſtruſa opacaq́;. Qui enī potuiſſet ho
mo, uel in ipſum deum patrem ſincere cōfidere, cū etiā
ipſum nomen eius, cunctis hoībus eſſet ignotum, nam
ſi ueritas nunquā mentitur, ipſe ſaluator ipſe inquit &
non alius, nomē dei hoībus manifeſtauit. Si ergo deus
pater eſſe uerus ignorabatur, quis filiū dei & eum cum
carne uēturū cōſiteretur? nemo prorſus. Accedit quod
deus ſolum, quod poſſibile eſt à nobis flagitat, īpoſſibi
le ne petit quidē. Præterea qui legē apud iudeos ſerua/
bant, non expreſſā, ſed īplicita quadā in ſaluatorem fi/
de, ſaluabantur, nā qui legē ſequebatur, & prophetis
auſcultabat, is eum expectabat, etiā ſi nihil ulterius co
gitabat, qui à lege propheti ſq́; expectabatur. Quapro
pter gentiles quoq́; ſimiliter, q ſimulachrorū cultum re
pudiabāt, & unam cauſam, rerum oīum fatebātur, in
ſaluatore, qui eſt prima rerum oīum cauſa, ſi recte uide
bant, non iniuria ſalutem poterāt adipiſci, præſertim ſi
quod de nonnullis legimus errores hoīum, execrabiles
idolorum cultus abhominati, uenturum tamē aliquem
opinarentur, qui ab ea homines ſeruitute liberaret, hoc
enī palā ad ſaluatorē referebatur. Vnde in nomine ip/
ſius huiuſmodi hoīes ſaluos eſſe, nemo negare aude/

bit. Atteſtatur his oībus, catholicæ fidei prædicatio, triduo eni ſpatio apud inferos ſaluatorē fuiſſe cōmoratum credimus, & quoniam fruſtra id factum nō fuit, quid aliud illic feciſſe putandus eſt, q̄ ſalutaria, defunctis quoq; ſicut in hac uita p̄dicaſſe? Hæc triduana ſaluatoris mors, Gregoriū Nazā zenum īduxit, ut ſcriberet oēs, qui crediderunt, apud īferos ſaluos eſſe. Crediderunt aūt, ut ego arbitror, illi potiſſimum, qui ſalutis ſemina in mentem fœlicem ſuā adhuc uiuentes, ſicut in agrum fœcundum, proiecerunt. Hæc cum ita ſe habeant, Ariſtotelem oſtendimus iā nullā deorum multitudinem coluiſſe, nec cœlos, aut ſolem & lunā, ut tempora ferebant, adoraſſe, nec idolorum unquā aīo cultum admiſiſſe, quæ oīa nō aliūde, q̄ à ſcriptis ipſius patere poſſunt, nam ne uerbum quidem unū in tot eius libris inuēies, quod ad ſtultam illorū temporū religionē, idolorumq; cultum, aut demonū preces, ſupſtitioneſq; ptinet. Sed in unum deū, quem primam rerū oīum cauſam, & primū pricipiū appellabat, uniuerſa retuliſſe, probeq; uitam egiſſe, ut ſcripta eius ſignificant, nam nec alium ſcribendo leſiſſe, quod uulgo fit, nec ſe unquā extuliſſe inuenitur, & adhunc uſq; diem magis, unus ad bene uiuēdū hoibus pfuit, q̄ oēs cæteri ſimul, iis exceptis ſolis, q diuinitus ad inſtituēdos hoies miſſi ſunt aptē, Prætereà cum iā extremum huius uitæ diē aduemiſſe cognouiſſet dolore, ac ſpe in lachrymas proſuſus, primæ cauſæ miſericordiā imploraſſe fertur. Ad huc ſentētia illā Homeri, quam in Vlixea poſuit, nō ea indecorū diis imortalibus in naturam igredi hoīs, ut hoīes ab erroribus reuocēt, maxime ſolitus laudare traditur. Nec uériſimile id tātū, ſed oīno futurū ſibi uiſum, ut prima cauſa, unde uniuerſa depēdent, hoiem induat, unde facilius atq; tutius pulſis erroribus oēs ad ſe cōuertat. Quæ oīa, ſi uera ſunt, in cathalogo ſanctorum ego ipſum cōnumerare nō dubito, ſin minus alicui incredibilia uideantur, ut tamē, quæ negari nō poſſunt, ſalutem illi afferre ſuffecerūt, quod idola ſpernebat, q̄d unicā eſſe oīum cauſam oīpotentē, æternam, oibus pˀuidentem, eamq; inſtar corporis unā eſſe, ac trinā nō dubitabat, quod recte ſecundū naturæ leges uitā pegit, quod ſolum hoibus, qui nullam aliam habebāt doctrinam (Lex enim iudaica ſolis fuit data iudeis) ſatis ad ſalutē fuiſſe credēdum, natura enim & deum unū eſſe clamat, & idola eicit, & recte uiuere ratiōis ope hortatur. Quæ cum illi affuerit oīa, aut cum beatis ipſum uiuere putādum, aut ſicui arduum id uidetur, tacere potius. Ne ſi ad ipiorū loca benemeritū de hoibus hoiem trudamus, i magnū igratitudinis dedecus dilabamur.

LIBER TERTIVS DE VITA PHYLOſophorū Platonis & Ariſtotelis, quod de laude unius, & turpitudine alterius in hoc Tertio agitur libro, & q, à ſcriptis eorū uita ſua eſt examinādā.

M

Irum forſan nonnullis uidebitur, quod hoc negotium aggreſſi, quaſi Platonē admiraremur, eumq; Ariſtoteli, aut parē, aut prope parē putaremus, comparationē, hos libros inſcripſimus. Cōparationis eni ꝓpriū eē dicēt, aut in habitu æqualē, quos cōferas peruenisse oſtēdere, aut etiā ſi alterū ꝑferas, tantū tamē alteri tribuere uidearis, ut ſcđo loco merito haberi poſſe cōtēdas. Nos cōtra, alterum in omni genere phyloſophiæ ſummum oium, Alterū nihil habere phyloſopho dignum, præter falſam opinionē, non ꝑſuadere modo, ſed demonſtrare conatos eſſe, ego autem nō inficior tantum, utriq; affici quantū oēs boni debēt. Debemus autē eos admirari, amare, uenerari, q hoibus, aut cōmuniter oibus, aut, generi, & patriæ ſuæ, uel re ipſa ꝓfuerūt, uel ſaltē, quātum i eis fuit, ꝓdeſſe, pro uiribus ſtuduerūt. Cōtraq; illos, odio ꝑſequi ꝑpetuo, qui & cōmuniter oibus, & ſuis maxime, uel offuerūt, uel obeſſe uoluerunt, nā ſicut nihil magis eſſe, hois uidetur, q̄ ut putet nō ſibi ſoli, ſe natum eſſe, ſed multo magis oi generi hoium, & maximæ gēti, ac patriæ ſuæ, ſic nihil alienius ab humanitate dixeri, nihil oium odio, idignationeq; ꝑſequēdū, q̄ ea dicere, ſcribere, facere, quibus, tū doctrina, tū exēplo in turpiſſimā oēs animi peſtē, quātū abſte fieri poſſit, ipellas. Hæc cum ita ſe habeant, nemo eſt, q nō uideat Ariſtotelem plurimū generi

hoium, & ꝓfuiſſe, & prodeſſe, & profuturum, Platonē uero cōtra, & obfuiſſe, & obeſſe, & niſi quis ſuccurrat, etiā obfuturū. Nam ſic Ariſtoteles, & ꝑſpiciēdi doctria & morū iſtitutiōe plurimū affert ſtudioſis, adeo, ut iam oīs de moribus ꝑceptio & publica ꝑdicatio à fōtibus eius deriuata, hōeſtatis amicos irrigare uideatur. Nō alio pacto ad oēm rerū ignorantiā, ad omne dedecus, oēmq; turpitudinē Platonis documēta, ſimpliciores deducunt, lenociniis eni uerborū, & nōnullorū cōmode, atq; apte dictorū, & deniq; calido artificio diſciplinā, atq; uirtutē ſubiēs, quaſi melle linito poculo pernitioſiſſimā, atq; peſtiferā affert potionē. Quare nobis tanto citius diligētiuſq; ſubueniēdū eſt, quāto iā moribus & doctrina ſua græcis penitus euerſis, in Italium traſire conatur. Nōnulli eni eloquētiā eius laudātes, philoſophiā ſimul extollētes, laborumq; multitudinē oſtentantes, ad colenda ſacra eius, imitandāq; uitā, & doctrinā, & hauriēdam omni ſtudio, cura, opera, authoritate hortātur. Itaq; niſi qs re patefacta, ſtati igrediētes, repulerit, nō aliter q̄ orientalis ꝑiit & eccleſia, & iperiū, occidentalia etiā corruēt. Verū de ꝑſpiciēdarū rerū doctrina ſua, cognitiōeq; ueritatis, ſatis, ut arbitror ſuꝑioribus libris ſcriptū eſt. Quare nunc reſtat de uita ipſius ꝑſtrigere, idq; cū aliqua collatiōe, quā ut fecimus, ſic facturi ſumus, nō in eodē genere laudis, aut uituꝑatiōis utrūq; ponētes, quod ut plurimū comparatiōis eſſe fatemur, ſed alterū omni genere laudis, amoris, uenerationis, Alterū uituꝑatiōis, odii, dedecoris, dignum eſſe oſtēdentes. Sed quoniā utriuſq; uitā è ſcriptis ſuis

maxime iſpiciēdā putamus, nec enī aliūde poſſumus, nec ſi poſſemus, aliis deberemus credere, magis ꝙ̄ eis ipſis, q̄bus de agitur, e libris eorū nō oīa, ſed quæ ſufficere credimus carpti, & ut cōtigerit, in mediū adducemus. Incōſtāter quoq;, ac leniter, aut repugnāter nōnulla Platonis dicta ſimul ponemus, non enī magis ignorātia, ꝙ̄ malitioſo ſtudio, ac maleficiēdi artificio, nocēdiq; hoībus cupiditate, multa ſibi leniter dicta mihi uidentur. Illud præclare ab eo dictū minime negari, uiuēdi ſanctimoniam tantum ad uere phyloſophiæ poſſe profeſſionem, ut ita ſit phyloſophus appellādus, q uerbis magis ꝙ̄ uita philoſophatur, quēadmodum diues putandus eſt, q ſe magnarum rerum affluere copia prædicat, cum pānoſa ueſte, aut feneſtrata cōtegatur, & digiti ex calceis eius erumpāt. Nam etiā ſiquis ſpinoſa dyalecticorum pcepta optime teneat, ſi naturæ ſecreta rimatus acute ſit, ſi cœli ambitum, ſtellarū curſus, diſtantias, magnitudines, igenio diſtincte aſſequatur atq; mēſuret, is tamen niſi honeſte uiuat, nō erit, mihi phyloſophus, q ſi cæteros etiam, nec præſentes tantum, ſed poſteros quoq; ad turpitudinem ſcriptis inflamet atq; incendat, non modo indignus phyloſophi nomine, uerum etiam nequam, immo, ut pernitioſus, ac peſtifer, omni dedecore, atq; ſupplitio afficiendus a me iudicabitur. Idcirco utri, Ariſtoteli ne an Platoni conueniat, ſcripta utriuſq; memoriter reuolueti, patebit, omnia enī ſtudia, omnes curæ, omnis deniq; doctrina hominis, niſi ad bene beateq; uiuendum dirigatur, cōtemnēda, & procul abiciēda, eſt. Quas ob res, ſi uitæ ut multi falſo prædicāt ſanctę Plato, e ſcriptis ſuis uidebitur, ſi recte uiuendi decorē & ipſe ſuiſſe ſecutus, & cæteris pſuaſiſſe, ſi honeſtatis, deiq; atq; pudicitiæ amicus, quęcunq; iam de ipſo nobis dicta ſint, minime reuocare pudebit, libenterq; ita retractabimus, ut etiā ſi Ariſtotelē in cognitione rerū præferamus, Platonē tamen, ſicut mediocrem phyloſophū amplectamur. Si aūt oēs qui eum legunt, & priuatim ſingulos, & publice uniuerſas ciuitates, cum dicēdi lepore, ſubdoloq; artificio, tum uoluptatibus praponēdis in turpitudinē conatur retrudere, qd erit cauſæ, quin multos illecebris ſuis, præſertim græcos, qui ſibi plurimū inhæſerunt, irretitos periiſſe putamus? aut cur non iure ipm, ab omni cetu honorum in ganeas, & lupanaria deturbabimus? Illud oro q lecturi ſint, gratioſe mihi cōcedant, nec prius de laboribus noſtris ſententiā eſſerant, ꝙ̄ oīa diligenter perlegerint, & rem uniuerſam accurate, conſiderauerint, ſic neminem futurum puto, qui has lubraciumculas noſtras, non comprobauerit.

## De ſceleribus Platonis ab his quæ ſcripta ſunt in phedro & cupidine.

PRimum omnium Fœdrum athenienſem adoleſcentem, genere nobilem, aīo nobiliorem, Indoliſq; præclaræ, citare libet, ut ea nobis per anguſte repetat, quæ Socrates ſibi apud Platonē ſub irrigua platano atq; procera expoſuit, queq; Plato ipſe, poſteritati, quaſi humanæ uitæ neceſſaria, pdidit. Dic ſodes Fœdre. Ego modeſte a parentibus, ſub diſciplina grecię ueteris educatus, & ad primā deductus adole

ſcentiam, nihil præclarius hoi putabam, q̃ ſe caſtũ at-
q; intemeratum ſeruare, mortiq; in aio erat potius cede
re, q̃ pudicitiã prodere. Sed i urbe magna, diuiciiſq;
abundanti & quæ a priſcis athenienſium moribus ual
de degenerauerat, acre mihi bellũ cũ naturæ corrupto
ribus, q mihi eripere pudicitiã contendebãt, erat quot
tidie, nam quos alii amatores, appellabãt, eos ipos qua
ſi leones, lupos, uiperaſq; fugiebã, naturæ quoq; ipſi
uehementius non nunquã iraſcebar, qđ in ea ætate, nõ
monſtrum me finxerat, ſed elegantiſſima forma, re illis
tpibus, ne ſemp dicam, pernitioſa, non in poſtremis do
nauit, hac moleſtia concitatus, quoniã, domi ſicut in
carcere aliquo includi non patiebar, fœdare faciẽ, ut
infeſtos fugerẽ amatores, ſæpenumero cogitaui mecũ,
deinde inter diu ac noctu, rem ingenti uoluens dolore
ſtatuit hominũ doctorum, phyloſophiæq; deditorum
ſermonibus intereſſe, aut lõginſcule, ab urbe, toto die,
uagari, ubi nulla hoium, niſi fodientiũ, ſqualoreq; cõ
fectorum, eſſet frequentia. Id cum aliquando feciſſem,
tranquillo aio in ſolitudine delicatorum iuuenum, ua
riiſq; redolentium unguentis, uiuebam. Ad has igitur
ſolitudines, in qbus, ſicut in hæliſiis campis, præ gau
dio triumphabã. Cum ſemel exirem, Socratẽ offendi,
quocum iter pagens, tandẽ ad irriguã platanum, me
ridiano iam æſtu confecti, peruenimus. Vbi orationẽ Li
ſiæ, p breuẽ, de fugiendis ſummope amatoribus quaſi
diuinam mihiq; perutilẽ, Socrati plegi. Quid plura?
Platonis dyalogum, quem ille Fædrum, a meo nomie
inſcripſit, accurate perlegite, nam me tedet, pigetq; la

tius dicere, quibus rationibus, primum immortalitatẽ
animorum affirmauit, deinde fœlicẽ uitam & eternã
ſolos aſſequi amantes ſe inuicẽ, ac cœleſti cupidine co
pulatos, mihi pſuaſum miſero fuit, & hãc uoluptatem,
qua hic fruerentur, quaſi præmium atq; ducẽ, ad ma
iora cœleſtis uitæ gaudia pducere. Audiſtis Fædrum?
ad Platonẽ ipſum ne forte, mentiri, atq; incredibilia di
cere, uideatur, nos remittit. Caput tamen rei totius, ap
te tetigit, in cœlos enĩ aſcẽdere, unde delapſi ſint patiẽ
tium atq; agẽtium aios, dilucide clamat Plato, cauſaſq;
turpiſſimorũ amorum, ex ipſa immortalitate aiorum,
quos præfuiſſe corpibus cenſet, ſcaturire arbitratur. Le
gite, legite ipſum, qui non creditis, aut ab eis qui lege
runt, niſi Platonis laudi faueant, quæritote, nam ego ſi
miles ganeorum gerras, ne referre qdem poſſum, quas
nec efferendas, nec ſcribendas, nec legendas, puto, niſi
ætate prouectis, q tantam prauitatem irridere, magis
q̃ imitari uelint. Illũ ego phyloſophũ, illũ hoiem, illũ
legi, aut transſcribi dignum ab hoibus putem, qui na
turæ ac deo inimicis, cœlum largitur, cuius ſcripta in
tãtas, aut ætate iuniores, aut aio leuiores, turpitudinis
ſordes, deducunt, ut maiores excogitari non poſſint?
aut ero adeo mẽtis inops, atq; temerarius, ut nõ timeã,
ſi talem hominũ peſtem laudauero, ſi libros eius aut le
gam ſæpius, aut apđ me habeam. ſi deniq; ipſum non
ſcelus, non nephas, non impietatem ipam putẽ, ne amo
re in illum meo, atq; affectu, animi decti inã etiam at
q̃ uitia ſua mihi, aut cõprobentur aut cõprobari, uide
antur, quorum alterũ ſumme maxime ignominioſum,

non eni unus in eo aut alter locus cauēdus eſt. Sed quē admodum in breuibus atq; ſtagnis, ſaxa plerumq; la tentia ſubſunt, ita ois doctrina eius, ſicut adulteratū aurum, lapidi ad modum ſubalbet, & orichalchum ſi proiiciatur tinnitu prodit, ſic fallacem ſub ſpecie bo narū rerum ſcelerum congeriem ſuboſtendit. Legitr li brum qui de cupidine inſcribitur, proh nephas, proh inquā nephas, eorum tandē beatam fore uitam auſus eſt ſcribere, quos deus aliquis, amatum atq; amantem, cōtuſos liqueſactoſq; in unum ex duobus hoiem rede git, ita tamen, ut utriuſq; uoluptas pmaneat, ſic enim futurum inquit, ut nunquam ardor ille libidinis extin guatur, nūquā uoluptas minuatur, nunquā amor im mutetur, ſed una eadēq; pduret ſemp atq; permaneat, ſi in unū confuſi, eiſdem ſemp amoribus uoluptate, libi dineq; pfruantur. Quid dicā? Quos appellabo? Qui mihi iudices erunt? hominū aut dei fidē, exclamabo? in dolorem aut indignationē erumpam? quo hæc ſen ſu capientur, qbus uerbis proferentur? quæ animi per turbatio magnitudinem turpitudinis aſſequetur, quæ oratio ſceleri exequabitur? Quis orator hæc deſcribet? Quis tragœdus deplorabit? inimicum naturæ, bonorū morū euerſorem, in puerorū clunibus hærentem, phy loſophorū principem appellant, admirātur, colunt, ad aſtra laudibus efferūt. Cur? an alia excogitari poterit ratio, niſi quia ſimiles ſordes, arant? profecto nulla.

## Quod aperte oſtenditur platonis animus ex publicatione mulierum.

QVid illud? nonne quamuis non ita magno cum ſcelere, magno tamen cum detrimento humani generis & honeſtatis ipſius, nō unum uni mulieri coniungit, nec multas uni, quorū alterum, ſpectat ad cœlum, Alterum, & ſi ſine hois in terris collocare uideatur, naturæ tamen non aduerſatur, ſed oēs mulieres oibus uiris proſtituēdas, in bene inſti tuta ciuitate arbitratur, nec aliter hoies bene unquam beatoſq; uicturos, & rem publicā fœlicitate, imperio, authoritatē ſummam habituros, multis uariiſq; argu mentis, demonſtrare tunc opinatur, cum maxime inau dita incredibilia proculq; à natura rerum ſemota, ma gnis ſingultibus euomit. Quid.n. ait. publicæ mulieres inquit oēs uictū habeant, nec cuiq; coniungantur, ſed corpus oibus exponant ſuū, illis præſertim quibus ma giſtratus, ad hoc iſtitutus iuſſerit, magiſtratui uero ele gantiſſima quidē formæ, mulieres non niſi de repu. uel agendo uel conſulendo, addā ēt uel ſcribendo, aut phy loſophando, Platonis gratia optime meritis cōcedere p cipit, nec ſingulis ad ſingulas, ſed oibus fortibus uiris aut primatibus, ad oēs forma excellentes, patere aditus ſancit, mediocri uero pditas forma, mediocriter, ut ſic dicam de repu. meritis, proſtituendas monet, reliquum fœminarum uulgus, reliquo uirorum gregi ſummitten dum ſtatuit, ita tamen, ut optimatibus in oēs, proh pu dor, mulieres inſilire liceat, mediocribus uiris etiam in oēs, primæ pulcritudis mulieribus ſolum exceptis, po ſtremi nec ſupremas, nec mediocres formas attentent dit, niſi claro aliquo facinore, dignos ſe fecerint. Hæc

duabus maxime rõnibus, cõprobaſſe hõ leuis putauit.
pri mum inquit, his meritis, hac benignitate, his benefi/
ciis obligati, fortes uiri optime rem pu. gerent, oẽſq;, ut
ad hæc premia poſſint aſpirare, magnos pro repu. ſuſci
pient labores, ingentiaq; libenter ſubibunt picula. Vn
de ampliſſima trophea. Vnde fulgentiſſimi triũphi. Vn
de magnitudo ĩperii, amplitudo ciuitatis, aliaq; huiõi
multa, ſequentur. Deinde oẽs ætatis maturæ oium ado/
leſcentulorũ patres, & oẽs adoleſcentuli maiorũ natu.
oium filii putabuntur, nã cũ quiſq; matrem queat co/
gnoſcere ſuã, patrẽ minime, oẽs uiros ſicuti patres ue/
nerabitur, ſimiliter uiri oẽs eos pueros, q̃ a mulieribus
a ſe cultis germinarunt, quaſi floſculos ſuos amplectẽ
tur. Quã ex re fiet, ut unũ in corpus uniuerſa ciuitas
ex caritate, conſletur, Quare hoibus nihil praſtantius,
honeſtius, utilius, glorioſius, hæc ille, ſimiliaq; his, non
ut ego arbitror, magis ignorantia q̃ prauitate fundit,
nã quæ ſunt iſta præmia q̃bus uirorum aĩos ad uirtutẽ
hortatur? libido ac uenus? effeminare ſolent hæ fortes
aĩos atq; deiicere, non effeminatos in uirtutẽ uertere,
nec depreſſos erigere, adde q̃ magnus animus, aut ho
ritatem, gloriã, dignitatem appetit, hiſq; ad res ardu/
as agendas incitatur, non uenere neq; forma muliebri,
& profecto fortis uir, & formoſa mulier, neſcio q̃uo in
ter ſe opponi uidentur. Voluptas eni uenerea, non cũ ad
ſit ſolum, ſed ẽt cũ multum, ac ſæpius cogitatiõe in ani
mis inſideat, (quod pati neceſſe eſt, oẽs qui formas car
nis admirantur) mentis pſtringit oculos, aĩos eneruat,
corpora deiicit, uires infrigit, nec ullũ habet cum uir

tute cõmercium. Caritas autẽ inter parentes atq; filios
tanta neceſſario eſt, quantũ firma eſt opinio neceſſitudi
nis uel cognitio, nã qui filium quenquã ſuũ eẽ certius
credit, certiorem, ut ſuum, amore cõplectitur, qui ſub/
dubitat, is in diligendo quoq; ambiguus eſt, qui oĩno
incertior eſt, ſuus ne filius an alienus ſit, is diligere mi
nime poteſt, qui opinatur filium quidẽ alienum eſſe, ſed
tamen ſuũ dici, is nulla beniuolẽtia, ſed magis odio, mo
uetur. An & ſi rõne id aſſequi Plato non potuiſti, ſenſu
tamen & cõſuedine hominũ non pcepiſti, q̃ſi primum
quiſpiã ſuſpicatur de filio utrum ſuus ſit, ſtatim ex ſo/
la ſuſpitione maliuolentiã odiumq; tantum oboriri, ut
nec uidere quidẽ ſuſpectum filiũ poſſit, cõſuetudinem
hãc dixi, natura eſt, o Plato. Si ergo natura duce, ſuſpe
ctum filium, uidere hõ non poteſt, q̃uo alienũ ut ſuũ am
plectetur? putabit ſuum igt, quo pacto putabit ſuum,
cuius matrẽ nõ ignorat, aliis quoq; præter ſe multis ſuiſ
ſe ſubactã? Natura, natura mouemur ad amandos quos
genuimus Plato, ea uero nullo nos ad hãc caritatem na
turalẽ ĩcitat, mõ, niſi ex nobis natos exiſtimemus, ideo
mulieres tanto magis amant quos pepererunt, q̃to cer/
tiores ſunt, ſuos, non alienos, ſe amare, uiri aũt ex hone
ſtate uxorum, ex cuſtodia quã circa ipſas adhibent, ex
ſignis atq; ueſtigiis locorum, tẽporũ, pſonarum, ſuum
eſſe natum colligentes, amant atq; cõplectuntur. Hac
de ca in cæteris aĩalibus, nullum de filiis ſenſum, nullã
curam maſculi hẽre uidentur. Præterquã in illis gene/
ribus auium, in q̃bus quaſi cõiungia perſpicimus. Sed
in oibus ſimpliciter aĩalibus, fœminæ non minus plu

ſauēt ſuo q̄ȝ ſibi, nonnullæ ēt magis. Multæ, nāq; mor
tem, pro uita filii natura oppetunt, nonnullæ mortuis
filiis ſup uiuere non patiuntur. Accedit ꝙ filiorū amor,
non eo ſolū magnus eſt, quare genuimus, ſed multo ma
ior, quia educauimus, ac labore noſtro atq; īpenſa, mul/
tiſq; incomodis ad adoleſcentiā, & ad maiorē uſq; æta
tem perduximus, tanto enī cariores nobis, q̄ȝto plura ex
caritate ipſorū, ꝑpeſſi ſumus. Sed id inde quoq; patet,
quod mulieres quæ filios ablactarunt, intenſius illos
amant, q̄ȝ quos nutricibus, lactandos tradiderunt, &
uiri magis afficiuntur liberis, quos infantes domi alue/
runt, diutiuſq; ſecum habuerunt, q̄ȝ quibus cū forte
rarius in eorum infantia & in reliqua ætate conuixe/
runt. Præterea naturæ uires, quis non ſentit? fuiſſe quō
dā tempora, nonnulli ferunt, cū in agris hoīes paſſim
ferarum more uagabūtur, nā neq; legitimas quiſpiā
nuptias nouerat. nec certos aſpexerat liberos, ſed ſicut
in oībus fieri rebus ſolet, quæ ā rudiore materia profe
cte, ad politiora tandē deducuntur, ſic ā ferali uiuen
di genere, natura & rōne ducti, ciuilē uitam excolue
runt, cuius principium ātq; fundamentum, eſt legiti/
marum ſanctimonia nuptiarum, proliſq; ꝓpagatio cer
tioris. Natura enī quæ nihil unquā, fruſtra facere pōt,
duas nobis mirabiles uoluptates, iniecit, quas nō abſq;
ratione ſummo cum ardore immiſit, quippe hinc genus
hoīum ꝑpetuum reddere cū authore, ſuo inſtituta eſt,
quarum altera quæ nos ad cibum & potū rapit ſingu
los, altera quæ ueneri conciliat uniuerſum genus cōſer
uat. Verum cum natura hoīs ratio ſit, rationiſq; ſit co



gnoſcere bonum, & malum ſuum & aliēum, ſicut quæ
bona dicimus ea deligimus, quæ mala, ea repellimus, ſic
natura duce, quæ noſtra eē cognoſcimus amplexamur,
quæ aliena retrudimus, noſtrum uero nullum magis
eſſe poteſt, q̄ȝ quod ex nobis, nō aliud, q̄ȝ nos natum eſt,
ex cuius cognitione adeo uidemur profici, ut nulla in
hac uita poſſit hoī maior accidere profectio, q̄ȝ ꝙ in/
telligat, ſciatq; ſeipſum, atq; naturā ſuā in liberis ſuis
eſſe, ā ſe propagatā, quod natura in oībus aīa partici/
pātibus una ꝓdicat uoce. Oīa enī tū ꝑfectā aſſecuta
ætatē eſſe ꝓſpicimus, cū ad id ꝑuenerint, ut ex ſe ſibi
ſimile generare, ac producere queāt, tū ferri ad interi
tum cognoſcūtur, cū ſeminalis ſua uis elanguerit. Sed
in cæteris in ipſa re perfectio eſt, in hoībus, qui ratio/
nis participes ſunt, niſi cognitio, quæ rationis eſt, rebus
accedat, nihil magni res ipſe habēt quod accidit, quo/
niā oīa ſecūdum naturā ſuam iudicantur. Hoīs autē na
tura cognitiōe, ac ratiōe cōſiſtit. Quare ſi ꝑfectio hu/
mana eſt (de hoc ſeculo loquor) cognoſcere te in his,
quæ genuiſti antequā moriaris, ac illos pro te huic ui/
tæ relinquere, cur Plato mihi philoſophus erit, qui na
turæ uires duabus extinguere ratiōibus ſummopere co
natus eſt, nā primū ne liberos uideamus mulieres proſti
tuit, & matrimonia tollit, deinde ut libidini ſoli ſeruia
mus arare ſtercora cōſulit, immo autē uoluptatis uene/
reæ cauſa, utrūq; ſcelus excogitauit. Cūq; ſordes iſtas
legētibus laudatoribuſq; ſuis propoſuerit, de imortali/
tate aīorum in eiſdē diſputat, libris nullibi enim ferē
ſubtilius, q̄ȝ in Fædro imortalitatē noſtrā demonſtrare

conatus eſt. Demũ turpiſſimis in amoribus cõueniẽtes,
in cœlũ ſcãdere iactat, cœleſtibuſq; diis ſolos gratiſſi
mos eſſe illos cõtẽdit, qui ppeſſi muliebria ſunt, quod
Achillis exẽplo in Sympoſio pſuaſiſſe ſe credidit.

Quod uirginitas, & ieiunium uoluptati maxime op
ponuntur, & q uoluptas informatos à ſe ani
mos, aut in æternos trahit cruciatus,
aut i æterna gaudia gaudia ducit.

NOn uidiſti, nõ uidiſti Plato uoluptatis libidi
ne in ãnctiã, ut arbitror uerſus nõ propter ſe,
ſed propter ſingulorum, aut naturæ in ſingu
lis cõſeruationẽ diuinitus nobis uoluptates eſſe cõceſſas.
Illud uero mirũ mihi admodum uidetur, quomodo po
tueſti uoluptatibus iſtis in cœlum patere hoibus aditũ
ſcribere? Aut cur nõnulli te ueritati eccleſiaſtice ullo pa
cto cõuenire crediderunt? Cõtra enim nihil eſt, quod
magis à cœlo auertat, & in tartara inuertat, q̃ uolu
ptas. Quare uoluptati deditus beate, nec uiuit, nec ui
uet, qui uero tẽperatus eſt, quãto modeſtius utitur, tan
to expeditius iter habebit in cœlum, qui autẽ volupta
tẽ penitus cõtẽnunt, ii cœleſti uita iã uiuere uidẽtur,
cũq; naturæ cõceſſerint, altius in cœlorum gloriã uo
labunt. Et qa bipartito ſe ſcindit uoluptas, ut diximus,
ita duæ maximæ hinc uirtutes non morales, ſed ſupna
turales uoluptati oppoſitæ, uirginitas & ieiuniũ oriũ
tur. Supnaturales dixi, quoniã natura duplicis cõſerua
tiõis gratiã bipartitã tradidit uoluptatẽ, qui uero hæc
caduca, inſtabilia, inaniaq; penitus ſpernit, & totus
in cœlum reſpicit, nõ hic cõſeruari, ſed in cœlo deſide
rat: Quare uirginitatẽ ueneri, ac propagationi huius
ſæculi ieiunium alteri opponit uoluptati, quã nõ aliter
nõ ipugnat q̃ uenerẽ, quãuis minus iſectari uideatur,
uenerẽ eni longe à ſe, ac penitus exterminauit, cereri
& lymphis, raro cõciliatur, utitur eni quibuſdã nõ ad
uoluptatẽ, ſed ut uiuat ſolum, quoniã, ut tu quoq; di
cere ſolebas, nemini ab hoc carcere licet iniuſſu erũpe
re ſuo, ſed expectãda eſt authoris dei uoluntas. Vide
igitur ſi ego mihi, aut tu tibi repugnas? uoluptas de
qua loquimur, huius ſæculi eſt, quare qui finẽ ſuum in
ea ponit, in cœlum aſpirare nõ poteſt. Singula enim
ad finẽ ſibi propoſitum tendunt, uoluptati autẽ ſicut fi
ni ſeruiunt, qui ea fruuntur. Quomodo ergo amatores
amatiq;, hoc eſt aduerſus naturã amates amatiq;, infecũ
diſſime ſimul atq; turpiſſime in cœlũ euolabant. Præte
rea & erige aures oro, uoluntas quaſi forma intellectus
eſt, fingitur enim intellectus uoluntate ut ex oibus ho
minum cupiditatibus apte pſpicitur, quippe, qui nihil
aliud rectum iudicãt, niſi quod uolunt, atq; cupiunt.
ſed eos tu beatos fore arbitraris, qui turpiſſime in volu
ptate cõmoriuntur, q autẽ moriuntur, eorum animus
nihil abſq; corpe tunc primũ incipit eſſe, uoluntas igi
tur illa, quæ aium in exitu ſuo tenet intellectum, ipſum
q; aium format, nunquã ergo ſic formatus, aliud uelle
poterit quoniã imortalis eſt, immortaliter igitur ea uo
luntate uiuet, ſed ea uoluntas uoluptatis eſt, uoluptas
autẽ ois cum rerum tangibilium ſit elemẽtorum, elemẽ
tarumq; rerum eſt. Nihil enim præter elemẽta tãgibile
eſt, ad elemẽta igitur hæſcet aius ille. Quare intentio

nes qualitatum elemētorum, ut caloris, ut frigoris ſic
recipiet, ſicut ſenſus intētiões ſenſibilium ſine materia,
& ita in ppetuum cruciabitur, utrum hæc cōſequētius
cōuenientiuſq; dicta ſint, an illa ma˘ nō uides repugnā
tiā, in uoluptate cōmorientes, in cœlum ire cēſes, quid
de cœlo uoluptati cōmune? ego illos intētiones tāgibi-
lium, ideſt elemētorū, qbus inhiarunt haurire, ac ideo
ſemp uexari arbitror, idq; inde mihi cōprobatur, q
uoluntate intellectus, ut ſigillo formatur, quā formam
ſemel impreſſam, quoniam ab ea in ſpetiē, atq; natu-
rā quādam intellectus redigitur, repellere non poteſt,
id uerum eſſe non negabis, uides enim cōſuetudinē ui-
uēdi, agēdi, patiendi, alterā eſſe naturā, hoc eſt formā
quandam atq; ſpetiē. Quod igitur uoluntas longi tē
poris (id enim conſuetudo eſt) in animo corpori facit
incluſo, id multo multoq; magis uoluntas prima in aīo
corpore denudato facit, denudatur autē animus corpo
re p mortē. Illa igitur uoluntas, quæ primo dum ani-
mo in ea ineſt, aīum quaſi forma, & ſpeties in certam
naturā cōſtituit, id altius demōſtrare, nec locus iſte, nec
tēpus patitur. Quare in alia tēpora trāſferatur, ſi un-
quā dabitur otium de gloriæ cœleſtis æternitate crucia
tuq; conſcribere. Communioribus tamen locis, quibus
in maxime uteris que dicta ſunt, pbabiliora faciamus.
Cuncta quæ uiuunt, quanto pſtantior eorum uita eſt,
tanto expreſſius formā, ideſt naturā, quādam dum in-
cipiunt cōtrahunt, homines enim diuerſis tēporibus
natos uidemus à qualitate cōtinētis aeris, quæ à tēporis
uarietate diuerſa īfluit, uariis cōplexiōibus fingi. Cō-
plexio aut natura, quædā eſt & ad formā nō ad mate-
riā reducitur. Vicinas ſub eodē habitatiões hominum
cœlo aſpicimus, quæ uarias habitantium naturas ex ea
qualitate cōtinētis impreſſas faciunt, quæ in prima ur
bium, uel caſtellorum ædificatiōe à ſupioribus defluet-
bat. Quare ſi aīalis natura, in prima effuſiōe ad huns
derē cōformatur, quaſi, & nouum quēdā complexionis
atq; naturæ habitum acquirit, non aliter credēdum eſt
in corporeas ſubſtantias (imago enim ſenſibilis hic mun
dus inuiſibilium rerum eſt) tāto ſtabilius immutabili-
us expreſſiuſq; natura quadam incipiētes q̄ homines
formari, quāto certiorē homines cæteris animalibus na-
ſcentes acquirunt naturā. Nā quanto ſubſtātia nobilior
eſt, tanto forma, & habitus, qui incipiēti accidit inſe-
parabilior eſt, eſt autē cōplexio naturaq; huiuſmodi
quæ naſcēdo accidit homini p totā uitam ppetua. Eſt
igitur etiā natura, quæ ſeparatis ſubſtātiis in initio ſui
accidit, inſeparabilis penitus, atq; coæterna, ſed aīali-
bus quia in corpore uiuūt ab influxu cœleſtiū corpo
rum natura hæc iprimitur, natura uero, quæ itelligen-
tiis ſimili quodā accidit modo, nō deforis (nihil enī cū
corporibus habēt cōmune) ſed à prima uoluntate, quā
productæ ſtatim amplexæ fuerūt cōformata eſt. Volū
tas enī ut diximus itellectū modo quodā format, ac fin
git, & talē quēdam facit. Quare ſubſtātiæ, quæ abſq;
corpore productæ diuinitus ſunt, cum productæ ſunt
aut boni, aut mali uoluntate cōfirmatæ nūquā aliud uel
le potuerūt, q̄ quod tunc uoluerūt, quādo electione ſua
ad lucē, uel ad tenebras cōfirmatæ ſunt. Animus autē

humanus, quia ĩ corpore creatur; nec fuit ante corpus,
ſicut in p̃cedenti uolumine dictum eſt, tũc à uolũtate
ſua formatur cũ primũ abſq; corpore icipit eſſe. Quare
niſi exiẽs è corpore uoluptates carnis recuſet, quod dif
ficile eſt illi, qui porcorũ more ſemp̃ in ſtercore, ac luto
ĩuoluebatur, poſſibile tamẽ quia intellectus donec ipſe
corporis forma eſt, efficitur q̃dẽ & quaſi formatur à uo
luntate, non tamẽ ita ut illã formã quaſi ſuã abiicere ne
queat, nõ enĩ fuit penitus ĩpreſſa ſeparabili aĩo quia
nec uolũtas pura ratiõis, quaſi ſepabilis ſimiliter eſt, ſed
appetitui cõmixta, in hac uita nobis ineſt, quæ intelle
ctũ ſeparabilẽ penitus ĩprimere eiq; firmius inherere
nõ poteſt, quia ꝓpter appetitus cõmixtionẽ nõ eſt oĩno
ipſa ſeparabilis, niſi ĩquãtũ recedẽs à corpore aĩus uo-
luptatibus renũciet põdere, ac ui male uoluntatis, quæ
in tenebrarũ naturã cõuertit, in tartara detruſus, qua-
litatibus elemẽtorum, unde uoluptates fluebant ſemp̃
inhiabit. Et ſic receptiuus intẽtionũ caloris, atq; frigo
ris fiet quas immaterialiter ſuſcipiẽs ſemp̃ uexabitur.
Sed Plato q̃dẽ ſicut iuuenis ita ſenex ſcribebat & ha-
bitu deuorãdi ſtercoris ex cõſuetudine uictus, & in
uoluptatis naturam trãsformatus, quæ ipſe, neq; age-
re iam, nec pati ſenior poterat, ad ea & præſentes, & po
ſteros ſcriptis inuitat.

Quod Ariſtotelis uita platonicæ penitus oppoſita
eſt ut ab utriuſq; ſcriptis colligitur.

ARiſtoteles autẽ quid huiuſmodi unquam, aut
dixit, aut ſcripſit, aut egit? Euolue libros ei-
us omnes, deligẽter, nihil ſibi dictũ, aduerſus
naturã inuenies, nec etiã ſi aliorum de uita, ſua mihi re
cites ſcripta, qui mulieroſum fuiſſe ipſum cõtẽdunt. Ser
uam inquiũt elegãtiſſima forma mulierẽ habuit, eam
miſere iuuenis adamauit, ut eius pulcritudinẽ proceri
tatẽ ſtãdi, ſedẽdiq; habitũ uenuſtatẽ iceſſus, ac deni-
q; ſingulorũ mẽbrorũ formã, colorẽ, nitorẽ, nõ ſolũ laſci
uis carminibus deſcripſerit. Verũetiam cæteri Veneri,
Iunoni, Palladi, cæteriſq; deabus ipſam antepoſuerit,
quo circa ĩpietatis crimine accerſitus, uix defenſantibus
atq; deprecãtibus amicis euaſit. Hæc utrũ uera fuerit,
neſcio, ſed fuerit uera, nec enim nos illã euãgelica uixiſ
ſe uita, ſed humana id eſt accomodatã naturæ, ac ratio-
ni aſſerimus. At ĩquiẽt, ſi uxorem tunc habuit magna
hinc iniuria in uxorẽ inſurgit, & adulter hic philo-
ſophus tuus fuiſſe cõiicitur, quod tu crimen in ipſam
referri naturã, nõ iniuriã putas. Si ſeruã ſimul & uxo-
rem habuerit ignoro, ſed nullã iniuriã in uxorem re-
torqueri recte ſcio, nec naturam uiolari cõtendo, nec
adulterium committi quiſquam lege naturæ, ſi ab uxo-
rato libera. Sed ſi uxor aliena ſubigitur dicere mentis
cõpos audebit? natura enim adulteriũ abhorret. Qua-
propter ĩgẽs cæterorũ homini liberorũ inmiſit deſideri-
um, cui mulierũ multitudo nequaquã repugnat, nec pri
ſci omnes, qui multas cõducebant uxores adulterabant-
tur, aut quicquam aduerſus naturam cõmittebant. Nõ
enim poteſt mulier, quia maritus aliis utatur incerta fie
ri de partu ſuo, ſed uir omnino incertior ſit de liberis,
ſi aliis ſe uiris ſummittit. Quare natura id merito re-
cuſat, & id ſolum eſt, quod naturæ legibus adulteriũ

appellatur, quod ita eſſe leges priſcorum omnium oſten
dunt, quibus adulterium capite plectitur. Illud autem
quod uidelicet, nõ niſi uni uiro mulier cõueniat, non
modo nõ recuſat, uerumetiam flagitat, quod patet pri
mum, quia magnam uiris Zelotipiam de mulieribus cõ
creauit, fœminis nullam, nam dolor quẽ ipſe quoq; in
illas accipiũt, quibus maritis ab eis detorquẽtur, & de
dignatio, atq; ira in maritos, aliud quiddam eſt q̃ Ze-
lotypia. Deinde quia uiros ſemp fœliciter arare natu-
ra noluit, mulieribus ſtatuta quædam tẽpora dedit, q-
bus fœcunde arantur. Adhuc quia nemo eſt, qui Ze-
lotypiam ſuã, cũ aliqua parturiẽdi dolorum parte, non
libenter commutaret. Qua ex re pſpicuum ſit. Zeloty-
piam ad cuſtodiã uxorũ propter certitudinem liberorũ
natura uiris ineſſe, & hæc penè diffinitio eius eſt. Præ-
terea uidemus in illis urbibus regionibuſq; minime Ze
lotypos eſſe uiros, ubi prudẽtes, ut ipſi dicunt, mulieres
ſunt. Nihil enim uiri curant, nec obſeruant, cum intelli
gant uxores naturæ operam ne aliunde impleantur.
Quas ob res ſi qs mihi ſeruam & uxorem habuiſſe Ari
ſtotelem contendat, ego ſi decem quoq; ipſum uxores ſi
mul duxiſſe aſſerat, ne contentioſus eſſe uidear, totum
admittam, præſertim cum nõ ſim neſcius multos priſcis
temporibus uiros ſanctos ſimiliter feciſſe, nec unum
uni coniugium fuiſſe ſancitum ſciam, niſi temporibus
euangelicæ uitæ, quæ cœleſtis eſt, non naturalis. Nam
moſayca lex cum diuortia uolentibus concedit, mul-
titudinem quoq; uxorum facile concedat neceſſe eſt.
Ita inquiunt, ſed impietatis accuſatus eſt, quid mi-
rum aſtultis, Platoniq; ſimilibus, nam quod Cerere.
Iunone, minerua, cæteriſq; peſtibus, meliorem ſeruam
ſuam, & ſentiret & ſcriberet, non impietatis, ſed pie-
tatis, ego certiſſimum argumentum, puto. Quare parũ
cautum fuiſſe, q illis tpibus talia ſcriberet (fateor) Im
pium fuiſſe, id uero pernego, ſcripta aũt eius, de mori-
bus non platonicorũ ſimilia, ſed ſic honeſta ſunt ut ni-
hil addi potuiſſe uideatur, oẽs enim circunſtantias, ut
quis faciat, & qd, & quocũ, & ubi, & quãdo, & cur
& qũo diligenter conſiderandas in agendo docet, ſed
non erit ab re pauca ex calce tertii ethycorum trãſcri-
bere. Caſtigandi ſunt inquit, qui turpia concupiſcunt,
quiq; luxuriant. Eſt autẽ talis maxime libido, & pue-
rorum, pueri enim ſcdm cupiditatem uiuunt & pluri
ma eſt in eis libido, ſi ergo non tẽpat, ſed dominari ſi
bi cupiditatem patitur, longius abibit. Voluptatum enĩ
appetitus inſatiabilis eſt, ſtultoq; uoluptates undiq; aſ
fluunt, quarum aſſecutio libidinis cupiditatiſq;, maio-
ris materia ſit. Qui ẽt ſi magnæ, ac uehemẽtes, admit
tuntur uoluptates, mentem de ſtatu ſuo deiiciunt. Qua
re mediocres & raras eſſe oportet, & tales ut rationi
non aduerſentur. Hunc .n. temperatum, & caſtigatum
uocamus. Nã ſicut pueros oportet ſcdm pedagogi præ
cepta uiuere, ita rationi cupiditas, debet obtẽperare.
Quare neceſſe eſt tẽperatione à ratione decedat, hone-
ſtũ enĩ eſt, quo quaſi ad ſignũ utetq; proſpicit. Tẽpera
tus igitur, quæ debet, & quãdo ſicut ratio cõcupiſcit.
Conferas hæc Platonis, Sympoſio, conferas fœdro, com
ponas his pauciſſimis uerbis ingẽtia legum uolumina

numeroſos de repu. libros, rectius hic ad bonos mores inſtitueris q̄ ex immenſa illa & inextricabili loquacitate Platonis; uerum de uoluptuoſa, utriuſq; uita ſatis dictum eſt.

### De inuidia & obtrectatione platonis in quatuor uiros ſaluatores græcie.

NVnc maius aliud ingrediamur, quo inuidiæ & ingratitudinis & arrogantiæq; crimine ſimul oẽs hoĩes, qui ſunt, qui fuerunt, quiq; futuri ſunt, Plato ſuperauit, quod mihi maius ideo uidetur, quoniã inpatriam in parẽtes, patriæ liberatoreſq; uniuerſæ greciæ p inuidie magnitudinẽ Plato illud cõmiſit, nam & ſi oĩa platonis uitia ſumma fuerunt, nec ſi ſingula, p ſe conſiderantur, addi quicquã aut ex cogitari maius poſſit, aliud tamen alio maius; maius ſit, ſceleratiuſq; ex cõditione pſonarum uideri põt. Illud etiã argumento eſt, non mediocria, neq; quaſi hoĩs, ſed maxima, & ſicut implacabilium demonũ peccata eius fuiſſe, quod ſemp de quo tractas, quodq; diligentius expedis, id cæteris oĩbus maius q̃ſtabiliuſq; uidetur, hæc enim maximarum oĩum rerum uitiorum, uirtutum conditio eſt, ut dum ſingula cõſideras raptis ad ſe oculis, mente aĩo excellentiora multo cæteris uideãtur. Id uero quod in præſentiarum dicturus ſum, ita magnum ſemper mihi uiſum eſt, ut ex adoleſcentia maxime pp id ſolum, Platonẽ, (fateor) oderim. Conſtituerimq;, ſi oportunitas dabitur, ſcd̃m facultatem dicendi, meã. Ad defenſionem, liberatorum greciæ in Platonẽ non nihil cõſcripturũ, Sed melius forſan eſt, rem uniuerſam altius repetere. Cum in ytaliam adoleſcens ueniſſem apud uictorinum feltrẽſem, uirum doctrina & uitæ integritate ſingularẽ prima latinæ linguæ rudimenta, percepi, illeq; a me uiciſſim græcã linguã, quantum afferre poteram, ex hauriebat. Tunc primum Platonis Gorgias, mihi lectus & a me illi expoſitus eſt, tunc platonicorũ morum ſcelera pcepi, tunc q̃uo non odi, Platonem cum bonorum oĩum hoſtem, eſſe cognoui, ſed cur ut dicitur bobus currum antepono, cur anteq̃ dixerim quaſi dicta firmataq; amplifico? cur tanta me incipientem, detinet mora, ut e caſtris erũpere & in ariã exire nõ poſſim? indignatio ĩgratitudinis, temeritatis, impudẽtiæ, ſceleris impietas, tum dictorum tum dicẽdorum me rapuit, quis enĩ ferret? Fuerunt apud græcos olim quatuor uiri, Pericles, Cimo, Miltiades, Themiſtocles oĩ uirtutis genere, maxime oĩum prediti, integerrimi liberaliſſimi, amantiſſimi patriæ. Imperatores ſummi, liberatores græcie, oĩs eloquentiæ, doctrinæ, bonarum artium atq; morum ueteris greciæ parentes, nã niſi illi extitiſſent, nullius noĩs græcia eẽt, nulla fuiſſent ĩſtituta græcorum, nulla diſciplina, nulla ſcientia militaris, nullæ diſſerendi artes, nulla phyloſophiæ aut præcepta, aut documenta. Euerſa multo antea uniuerſa græcorũ gẽs, & ipſa urbs atheninſum fuiſſet, q̄ illud Ciceronis de illa dici potuiſſet, oĩum artium inuentrices Athenas, hæc nõ ego fingo, ſed oĩs oĩum lingua hominum prædicat, oĩs hyſtoria narrat, nec aliter q̄ſquã, ad hũc diẽ

ne ipſe quidem Plato ſcribere auſus eſt, nec ſi quis ſcri-
pſit proteruitatis, malignitatiſq; nomen, effugere potu
it. Quid in quattuor illos uiros, dici aut fingi poteſt?
Cimonē, aliquis ignauiæ, timiditatis, neglig̃ētiæ accu
ſabit? Aut Periclem ſtulticiæ impudentiæ, nequitiæ, ſi-
ue in mulieres, ſiue in pueros. Qui cū Sophocles, tran
ſeuntis pueri formam admiraretur, non manus ſolū in-
quit Sophocles, uerum ēt oculos ab hmōi pueris abſti
nere debemus. Improbi uiri o Plato, q ſic & ſentiebāt,
& dicebant tibi uidentur? cur? An fortaſſis, quoniam
in eripiendo flore ætatis cæleſtem tu uitam arbitraba
ris, illi eam rem cēſorio inſequebantur ſupcilio, opinor
hæc nec alia certe de cā. Miltiadē uero cur uituperas?
contemnis, inſequeris? Trecenta milia pſarum militum
à Dario ad euertendam græciam miſſa fuerūt, eorum
impetu trepidantibus cæteris græcis Miltiades ille, ille
inquā Miltiades cum tredecim milibus athenieñſiū mi
litum egreſſus in marathoniiſq; cāpis, fauſto, fælici, il
luſtriſſimoq; locorū noīe, hoſtes aggreſſus, (o fœlicē il
lum diem) uicit, fudit, fugauit, proſtrauit, libertatemq;
græcie tā magni, crudeliſſimorum hoſtium exercitu,
internitione ceſo ſeruauit. Hunc Plato ſicut impiū quē
dam ac ſceleſtum uituperat, cur? An quia diſſimilis ſi
bi erat, ſed de rebus geſtis non inuidia iudicare debu-
iſſet. An quia patriā ſeruauit, ſed ſe ipſum quoq; una
cum patria ſeruatum, meminiſſe decuiſſet, nā qui pa-
triā, & maiores ſeruarunt, nos quoq; ſeruarūt. Quid
Themiſtoclem, cur maledictis inſequitur? Themiſtoclē
proh dolor, nec audiſtis cœli de ſup, nec in terra mugi-

tus edidiſti, aut hyatu Platonē quando hæc ſcribebat
ab ſorbiſti? Themiſtocles poſt Miltiadis obitum, Xerxem
Darii filium apparatus ingentes facere audiens, ne no
ctu quidē quieſcere poterat, rogatuſq; quare ſic p totā
noctē, cogitabūdus inſomniſq; uagaretur. Nō ſinunt
me reſpondit Miltiadis trophea dormire, facile profe-
cto intelligebat, niſi ad maiora ſe certamina, cigeret,
q̃s milciadica fuerunt, tanto facilius græciam pitura,
quanto maioribus copiis Xerxes q̃ Darius erat ipſam
inuaſurus. Bello aūt, iam illato, ſolus longis, nauibus
defendi ſolummō græcos poſſe prouidit, ſolus pſuaſit
athenienſibus, relicta urbe, non mœnibus ſed in claſſe
ac in armis ſpem collocare ſolum. Diſſentientibus, ſoci
is patriaq; ſingulis ſuam ſpectantibus, in ſalamina
ſpe uictoriæ pellectum hoſtē nauali prælio ſupauit, ſo
lus cum ad infringendum pontem quo Xerxes Aſiā eu
ropæ coniunxit, temere græcos ruere uideret, ne deſpe
ratione incluſi hoſtes ſæuirent, quaſi beniuolentia Xer-
xe moueretur, latenti nūtio ipſi rē pan fecit, & in Aſiā
trāſire citius fugibundū coegit. Quid his rebus illuſtri
us geſtum aliqs unquam audiuit? pleni ſunt oēs libri,
Plena oīs ueterum hiſtoria, plenæ ueterum orationes.
Marathonicis & Salaminis triumphis. Nec tamen mi
nus ē qd mō ſum relaturis, & quidem latius, uideo. n.
nonnullos, in diuerſas rapi ſententias. Nā Themiſtoclē
ſic ad Xerxem poſtea exulē ſomniant iuiſſe. Sicut, Co-
riolanum ad Volſcos, qd oīno falſum eſſe cōperitur, nā
poſteaq̃ ē græcia conſpiratione inimicorum ac atrocio
re inuidia pulſus fuit Themiſtocles, Xerxem petiit, nō

ut ipſi græciā, ſed ut perſas ingratiſſimis græcis trade/
ret trucidandos. Cum eni continuo à Xerxe aduerſus
cōmunes hoſtes mitteretur, niſi multa inquit, de ge/
rendi huius belli conditione colloquamur, non eſt aliqd
nobis innouandum, ne feſtinatio aduerſus exercitū, ho
ſtem ſummopere noceat, iubeat rex, ut per interpretē
quecunq; uellet exponeret. At ille, res grandes ꝑ aliū
referre ꝑiculum eſſe diebat, grauiterq; ferentem regē,
tpis breuitate ꝑmulſit. Vnius anni ſpatium inquit, ſi
mihi largitus fueris, ꝑſarum lingua de oibus te planæ
alloquar. indulſit Xerxes muneribusq; magnis, imo ur
bibus atq; regionibus ipſum donauit, poſt annum Xer/
xes, audito Themiſtocle, bellū in græcos parauit, exer
citumq; ducendum in ioniā, æoliam, quæ atheniēſium
colonia erat, non Themiſtocli, ſed perſiæ nobilibus (ſic
enim Themiſtoclē perſuaſiſſe credendū ē, ingentem oī
buſq; rebus affatim inſtructum tradidit, ea tamen cō/
ditione, ut cum iā acies inſtructæ irrumpere uideren/
tur, totius rei gerendæ ſummam Themiſtocles haberet.
Venit ſumma dies, aderantq; athenienſium copiæ, qui
bus Cino impitabat, tum ꝑſarum principes bonū fau
ſtumq; futurum, parati, Themiſtocli, ut rex iuſſerat, tra
dere imperium uoluerunt. At ille, non licet inquit pri/
us accipere, q̄ opimis litauero thauris, paratis igitur ſa
cris, thauroq; imolato, ingentem paterā, ſacro ſangui/
ne thauriplenā impiger hauſit, cūq; thaurinus cruor
pp acutiem atq; tenuitatem illico in uenas penetraſſet,
ibi congelatus, & ſummum uirum huius uitæ moleſti
is & græciā ꝑiculo liberauit. Themiſtoclis enim obitu

perſarum principes, quoniā ſummam belli ad ſe rediiſ
ſe uidebant, non mediocriter læti, Cimonem tumultuātes
aggreſſi, facileq; ab eo ſupati, triumphū athenienſibus
præbuerunt illuſtrē. Hinc facile quiſq; ꝑcipere pōt,
non uitam Themiſtoclis ſolum. ſed mortē ēt non minus
græcis ſalutem attuliſſe, nā primum nō ad tutum impe
ratam græciā, ſed poſt annum præparatam inuadi ſo
lus ꝑfecit, deinde noluit à perſia in æoliam ſuo ductu
exercitū deduci, ne uel quadrato agmine ducēdo &
uigiliis, atq; uallo muniendo, qd illi facere ſolitū erat,
perſas in re militari redderet doctiores, uel negligen/
tius imperitādo, ipericior rei militaris uideretur, uel,
quod ego maxime ſequor, ut inacupiendo iperio, hau/
ſtu ſacri ſanguinis mortuus, tumultuantes ꝑſarum pri/
cipes, & exercitum ſubito rei euentu trepidantem, red
dendum traderet græcis. O uirum quo digna, græcia
nō fuit. O uirum oibus honoribus, poſt deum, a græcis
ſemꝑ colendum, hunc tu Plato uituperare, huic contu/
meliari atq; detrahere, quaſi abiecto cuidam, atq; im
probo ſubſtituiſti, cur? Rhetores erāt ait oēs hi quatu
or. Rhetorica uero illiberalis quedā res eſt, & adulatio
ni, non uirtuti, cōiuncta. Quare ipſi quoq; aſſentatores
potius peſſimi, q̄ uiri boni appellandi ſunt, blandientes
enim populo claruerunt & ad gubernacula ciuitatis,
ꝑuenerunt, ego ſibi non aſſentatiunculis gubernacula
patriæ cōmiſſa crediderim, ſed ſit q̄uo tu fingis, non ui
des, non potuiſſe magnificentiora, illuſtriora, utiliora, tē
poribus illis fieri facinora, q̄ quæ gubernantibus ip/
ſis, geſta ſunt, illi patriā incolumem, illi opulentam, il/

li principẽ græciæ totius, illi ad hæc uſq; tpa illuſtrẽ,
non amoribus puerorum, non loquaci atq; īpudenti lin
gua, nõ calumniis aliorum, ſed ſuis uigiliis, laboribus,
ingenio, fortitudine, rebuſq; geſtis, fecerunt. Tu, eos
populi adulatores, ſeductores, fuiſſe ſcribis, qbus hæc
rationibus firmas? ego illos tum prædicatione oium te
uno excepto, tum rebus præclare, nec ſine ꝑiculo ge/
ſtis, præſtantis, ſanctoſq; uiros fuiſſe contendo, tu con/
tra ſeductores ais, primum dic unde id ſciuiſti, deinde,
ne de rhetorica contendamus, male uſos ipſa oſtẽde, ne
mo enim rhetores illos fuiſſe dicit, oẽs rei militaris pri
cipes atq; magiſtros & ſummos īperatores nuncupãt,
ſed imperatoribus forſan, ingẽs ſæpe numero & ad popu
lū & ad ſenatum & ad milites de gerendis rebus, uer
ba facienda ſunt, quo niſi blanda oratione allocuti fu
iſſent, non ꝑfecto ita clari fuiſſent. Præclare, ne ſtulte
dicã, oẽs inuidie faces denudaſti. An tibi phyloſopho
pudicis tum mulieribus, integerrimiſq; pueris colloq,
& quæ abhominabili iocunditate amorum, turpitudi
nis, ſcelerum, eis enarraſti, æquis poſteriorum auribus,
q̃ſtum hinc ſuit, intactus atq; intemeratus euadat me
moriæ ꝓdere licebit? & liberatoribus græciæ, ſenatum,
populum, milites, de hoſtium euerſione, de amplitudīe
patriæ, de inmortali gloria, ꝑ fortitudinẽ atq; pruden/
tia, laborando, uigilãdo, ꝑiculaq; longe à mulieribus,
procul, à contrectatione puerorum ſubeundo cõparã/
da minime alloqui licebit? dicam apte, quod ſentio, nõ
alia de cauſa Plato hi uiros maximos exarſiſti, niſi qa
uidebas illos imortalibus honoribus decorari, ad quos
quoniam

quoniã uia, ratiõe, moribuſq; priſcorū aſpirare nõ pote
ras, credidiſti, ſi à laboribus hoīes ad uoluptueſam tua
eloquẽtia uia uitam reuocares, quod facile propter ui/
tæ illecebras, quas athletis tuis propõis, aſſecuturū ſpe
raſti, ſummas te laudes, ingẽtemq; gloriã. ſicut iocun/
dioris uitæ pricipẽ habiturū, & prope modū cõpos, nõ
eſſe uideris, ꝑdurãt adhuc enĩ libri tui magna cū ad/
miratiõe multorū, pluresq; tu fautores habuiſti & ſēp
habebisq; liberatores patriæ, lumina græciæ, pudoris
cuſtodes, fortitudinis columẽ, hoſtiū terror, bonorū tu/
tores, quattuor fulmina belli, ſed eo maior illorū copia,
& uerior erit, quod proborū ore uirorū, ſēp canetur,
tuam ganeones, lurcones, laſciui nepotes corrūpẽtes, ſi/
mul atq; corrupti, inter nates puerorū, inter inguina me
retricū, inter potatores, turpiaq; ſympoſia mapellis de/
pingẽtes, trullis īgẽtibus decãtabunt. Hæc nos tibi, ut
non nihil gratiarum, liberatores græciæ referamus, per
ſtrinxiſſe modo ſufficiat, alias forſan ampliora, ſed ſem
per uera, & de bene meritis relaturi. Nã quæ inte pro
quattuor his uiris, Ariſtides ſophiſte, retorq; cõſcripſit
frigida nimis ſunt, nec ut dignitas tantorū uirorum, &
res ipſæ, ſed ut uel honor tuus, uel timor illius flagita/
bat excogitata, dictaq;. Quid enĩ ad honeſtiſſima cau
ſa, cum ab eorum qui patriã liberarũt, ſeruarũt, auxe/
runt, pia, iuſtaq; defenſione alienius q̃ deprecatio? At
ille rerū & pſonarū oblitus, ſic à protectiõe rethoricæ,
ad quattuor uirorū defenſionẽ tranſit, neſcio inquit, an
oporteat de eiſdẽ dicentem ſæpius deprecari. Immo ne
ſemel qdẽ deprecari oportet, pſtantiſſimorū uirorū, &

ſanctiſſime cauſæ defenſorē, nā quāuis magnæ autho
ritatis? Plato in quē frigide inueheris tibi uidebatur, il
li tamē, quos inique uexatos iutabaris maioris, multo
& ueræ authoritatis, famæ, gloriæ, ſplēdoris fuerūt. Et
ſicut parētes patriæ, aut Heroes atq; ſemidei coleban/
tur. Aduocatus autē ſemp eius p quo dicit pſonā idui/
tur. Quia oportebat cū rhetorū pcepta ſecutus & opi/
nionibus exordiebaris, nō ex ſtimatione tuā, ſed famā
Periclis, opinionē Cymonis, gloriā Miltiadis, ſplēdorē
Themiſtoclis, garrulitati Platonis opponere. Sed tu Pla
to, quid facies, ſi crimine igratitudinis tuorū ciuiū lege
in iuditium eris delatus. Erat enī athenis, ut noſti, ad/
uerſus igratos actio cōſtituta, & recte ſanè; ſummam
enī demētiā eſſe exiſtimabat, ſiquis maximas uirtutes,
quaſi grauiſſima delicta iſectaretur, & beneficia iniu/
riis ex animi prauitate repēderet. Quare ſi prouidētia
quadā diuina, excellētiſſimi oīum, atq; pſtantiſſimi ui/
ri, ex iferis excitati, legē igratorū inicē tenētes, in iudi
tium te protraherē, nōne licet ipudēs, ac garrulus ſis,
mutatus tamē, ac è linguis, ac poſtulatiōe fractus ob/
ſtupeſceres? Nos dariū repulimus, Xerxem fugauimus,
Mardoniū uicimus; Salamina, Marathonē, Arthemi
ſiū pclara noſtris tropheis nomina & ppetua fecimus,
nobis nō ſolum uiuis, uerum etiam mortuis p multos an
nos propter uictorias noſtras græcia libera, potēs mul
tarū gētiū priceps pmanſit, nobis tandē poſt uitā inui
dia ſimul extīcta, parētum, ſicut debētur honores, ab
uniuerſa græcia repēdūtur. Tu nos quaſi lenōes accu/
ſas, q ſi nunquā nati eſſemus, patria tua antequā tu na

ſceresis euerſa, aut nullus eſſes, aut in ſeruitute natus,
nō iter doctos hoies numerareris, ſed inter turpiſſima
iacēs mācipia exoleſceres. Lege igitur legē, & quia de
bitas benemeritis gratias agere noluiſti, ſed p eis igno/
miniā, quātum potuiſti, maximā inurere conatus es iu/
ſta leſis parētibus liberatoribuſq; patriæ piacula pſol/
ue. Hæc quattuor illi uiri, q propter rerū geſtarū excel
entiā, quattuor uiri ſunt, nec opus eſt aliud apponere,
ſed ſtatī cū quattuor dixeris uiros. Pericles, Miltiades,
Cimon, Themiſtocles intelligūtur, in Platonis inuidū,
ingratum, garrulumq; ingenium, merito dicerēt. Sed
Ariſtoteles quoque dicet fortaſſe aliquis ingratus, at/
q; inuidus fuit, & cum oēs qui ante ipſum philoſophi
fuerant cum Platonē, quē multos audierat annos mor/
daci lingua uexauit, Minime minime, inq; mordax
aut inuidus, aut ingratus Ariſtoteles fuit, quippe qui
ingenue fatetur gratias ſe habere antiquioribus, q niſi
fuiſſent inquit, nos non eſſemus, idq; comparatiōe Thi
mot.ei & Phrimdos muſicorum ante oculos in ſecūdo
methaphyſicorum ponit, quod ſi illi in multis contra/
dicit, tum id amore ueritatis abſq; contumelia faciat
laude non reprehenſione dignus, ſi abſq; animorum
contentione iudicabimus, uidebitur.

Quod ex arrogantia & leuitate Plato plus q̄
hominem ſe eſſe prædicat.

SEd immēſa re ſcrit, cuius exitum uidere nunquā
poterimus, ſi omnia uitia Platonis, oēmq; pter/
uitudinem ex omnibus quæ ſcripſit in lucē pro/
trahere uoluerimus. Quare quod facilius eſt unū co/

dicem euoluamus, & quæ occurrent non oīa, ſed quæ platonica diſciplina uitaq; digna iudicabimus, ea referamus, & nonnunquam etiā locum loco apponamus, ut ex collatione locorum leuitas & imperitia ſimul, cū male inſtituta uita, pre oculis cōſtituatur. Quē igitur oīum nobis codicem ꝓponemus? illum. S. quē ille Plato plurimi & quaſi diuinum exiſtimat, ſeq; deum talibus inuentis prædicare non eſt ueritus, fautoribusq; ſuis, nihil unquam libris de legibus præſtātius diuiniusq; ſcriptum fuiſſe uidetur. Ego quoq; licet nō ſimpliciter, Platōi tamē nihil melius, quia nihil minus turpiter ſcriptū facile cōceſſeri. Sed ipſum audiamus Cretēſis Cliniā. In primo ſtatim uolumine miratus, quod atheni enſis hoſpes, ideſt Plato quē ipſe ꝗ Cretam petiit, ut eam quoq; ſuis nugis corrumperet, uini uſum diebus ſimul atq; noctibus cōtinuū ſummope laudaret, ſic dicit. Videris amice quaſi magnā diſciplię partē, i uini uſum, ſi recte fiat, magnope laudare. Ita prorſus iquit atheni enſis hoſpes rurſus potoris igitur, uerū id eſſe oſtēdere? At ille, quod multi ambigunt iquit o amice, nō niſi deus uerum eſſe approbabit. Duo hic maxime uitia ꝓdūtur uini, uſum legibus cōſtituēdum putat, adeoq; laudat, ut hic icipiēs duobus deiceps libris, hoc eſt ſexta totius codicis parte prolixa garrulitate ab iſantia ad tricesimū ætatis annum modeſtius uti uino. Inde uero ad quadrigeſimum, ad ebrietatem prope, in reliqua uero ætate, ad ebrietatem uſq; utiliſſimarū ille diuinaiū rerum mirabilis cōditor iubet. Alterū quoniam admirāti Cliniæ iprobabiliaq; dicere ipſum atq; pnitioſa, de cōtinuo uini uſu aſſeuerāte, nō niſi deū id approbare poſſe reſpōdet, quod tamē ꝑ lōgas ambages, tādē in calce ſecūda probatum acclamātibus, aſſentiētibusq; collocutoribus ipſe aſſerit. Quare apte colligitur ꝙ, deum ſe pro ſtultitia putabat, aut certe deū credi cupiebat, idq; oratiōe pſuadere, & pſentibus, & futuris conabatur, & ſicut ipſe narrat illis, qbus, tū tunc diſſerebat omnino pſuaſit, nā ſi nemo niſi deus, quod multi ambigūt, de uini uſu approbaſſe ſe iactat, neceſſario hinc efficitur, deum ſeipſum putaſſe, idq; ſibi collocutores aſſenſiſſe. Quid illud? in quarto enim ſe optime ſcire poſſeq; ciuitates moribus ornare, fundare legibus diſciplina militari ꝑpetuas, gloria celebres, ſciā rerū, mirabiles facere pollicetur. Tyrāno ꝑſſam ciuitatē dari mihi deſidero exclamauit, & paulo poſt, adde iquit, nō aliud niſi ut tēpore ſuo laude dignus legū lator repiatur. Aperte igitur, ſi tyrānus aliqs liberā cupiditate gloriæ ciuitatem tyrānide preſſam uellet dimittere fœlicē illū, fœlices ciues futuros, ſi ſeipſum ad deſcrendas leges uocauerunt. Quare ꝑter intollerabilē arrogātiā ꝙ, deum propter hæc, & ſolū gubernādarū urbiū, cōſtituēdarū legū authorē putet, leuitatis etiā maximæ fuiſſe conuincitur quod putauerit fututū, forſan ſi talia de ſe ꝑdicaret, ut ā tyrānis regibus ciuitatibus ad gubernacula populorum uocaretur. Nō enim ipoſſibile ſibi, neq; difficile factu ait, eſſe urbes magnas, potētesq; populos recte, atq; fœliciter iſtituere, ſed illud difficile tamē fatetur, raroq; unqꝫ factū, quod ꝑcepta diuinorum hoīum ſuiq; ſimilium, tyrannus quiſpiā diſponi ciuitates ꝑmit

ſerit,ſed ſi cõtigerit ĩquit,inmnera ciuitati cui euenerit
uniuerſaq; bona faciet. Puerũ certe audire uideor gra
ui oratiõe ſua ſomnia enarrãtẽ. Nemo eſt enĩ ferè, qui
parum acute uideret, quæ agẽda ſunt, niſi cupiditas,
metus, amor, odium ambitio, cæteræq; turbatiões præci
pitem animũ agerẽt, & procul exacto iuditio deturba
rẽt. Quo circa oẽs publica munera ſubeuntes, & præ
cipue tyrãnos quaſi ſtultos, atq; atq; amentes accuſa
mus, tu ipſe in eadẽ es cõſtitutus, gerẽdarum rerum au
thoritate, fueris ab animi affectionibus in trãſuerſum
raptus. Aliter ſentias. Accedit quod modeſtiores oẽs ſu
mus principibus, aut legibus ſubiecti. Sed ſi regiam
agẽdi libertatem accepimus deteriores ſumus licẽtia,
quare q nunquã in gerẽda repu. uerſati ſunt, quiq; re
ctius iudicant, nulla turbatiõe inſaniẽtes. ii ſi p̄dicant
quæ priuati ſapiũt, ea ſe in pricipatu ſenſuros, cum er
rorum deprauationũq; cauſamq; pre nimio amore ſui
nequeãt intelligere, quaſi pueri ſomniare iudicãdi ſunt.
Sed ita ſe habere Plato ipſe nos docet; nã & ſi eloquens
uir erat atq; ſenex, tamẽ cum de pueris, aut de mulieri
bus, aut de uino dixerit, uino animi occupatus, omni
no inſanit. Quid deinceps addit? uerum ſi unquã fue
rit, aut futurus ſit huiuſmodi uir, aut modo noſtrũ ali
quis eſt, & ipſe beate uiuit, & qui prodeuntia ex ore
modeſto audiunt uerba, beati ſunt. Beati fuerunt, qui te
audiebant Plato? Quid boni eis afferebas? ſcientiam?
uiã magna eſt in libris tuis, ubi aut nihil, aut quod pro
cul abeſt, ab omni ſciẽtia ſerie ſua nõ explicatur, nec ta
mẽ ſi eſſet, beatos fuiſſe auditores ego concederẽ tuos.

Beatitudo enĩ huius uitæ, atq; fœlicitas actio, magis
eſt q̃ ſpeculatio, nã cum ex aĩo & corpore ſimus cõpo
ſiti, & hinc ſenſus multas nobis p appetitũ pturbatiões
imittat, ide ratio rerũ altiorũ, naturã pſpicere gliſcat,
quod & ſi tãto melius eſt, quãto aĩus corpe, niſi tamen
appetitũ, & carnis titillationes, ſenſuſq; motũ ratiõe do
mueris, nulla penitus ſpeculatio. Quare ſiqs carni de
ditus mẽtiſq; uiribus, atq; igenii fretus diuinarum hu
manarumq; rerumq; ſpeculationẽ aggrediatur, is &
ſibi & cæteris pnitioſus, atq; peſtifer philoſophus dici
tur. Cuius rei tu ipſe nobis exẽplo es. Vide queſo q̃ uti
lis tibi, q̃ cõmodus cæteris fuiſti. Vide ſi potuiſti te ip
ſum à turpiſſimis, ac à natura multo alienis cogitationi
bus eripe, mulieres publicas proſtituis, uina igẽti cona
tu, clara uoce, aptuq; frõte laudas, & dies, ac noctes in
eis cõſiliis cõſumẽdas, & beatos fuiſſe, q te audierũt cre
didiſti, aut beate ipſum, ut uixiſſe putaſti? niſi certa il
la beatitudine, qua fruũtur oẽs, q abſq; aliquo rationis
morſu, uoluptates ſequũtur, beati enĩ ſibi ipſis uidẽtur,
qui cũ nõ ſentiũt, in qbus uerſantur malis, mala ipſa bea
titudinis cãm opinẽtur, ſed hæc btitudo pecudibus, aſi
nis, ſuibus, cæteriſq; beſtiis oibus, tecũ cõmunis ẽ, quæ
q̃ magna ſit, nõ dubito quin iã ſentias. Sed illa etiã ex
octauo repetãtur, qbus nihil aliud, ubiq; adoleſcẽtulus
legi, niſi leges ſtatuit ſuas, nec poetas ſaltẽ, ut genera
uerſuũ ignorẽtur, nec ſolum oratiõe aliqd, niſi libros ſo
lũmodo ſuos, & quæcũq; illorũ ſimillima eſſent, & cũ
nihil eorũ ſimile ſit, nihil p̄ter eos legatur. Repelli enĩ
oẽs à ciuitate litteraturæ magiſtros, q hæc ſua nõ pbãt

cæteris oībus ſcilicet cōtētus lege ſtatuēdū iubet, ſed ip
ſum audiamus. Fortunatus mihi Clima, uideor īquit q̄
penitus exēplo nō carēt, nā cū ea, quæ à mane, uſq;
modo diuitus, ut mihi uidetur, diſſeruimus, mecū uer
to, poeſis mihi ſimiliter oīa dicta uidētur. Nec mirū eſt
ſi ſic iſtis oſſitior, ut nimiū lætor oīum enī aut poeticæ,
aut ſoluta oratiōe dicta ꝑdidici, aut audiui, moderatiſ
ſima hæc mihi, & iuuēibus maxīa idea uidetur. Qua
re nō habeo cuſtodi legū doctoriq; melius exēplū pro
pōere, q̄ ut magiſtros cogat pueris iſta expōere, & q̄
cunq; alia ſolutū, uel carmīa ſcripta dicta ne horū ſi-
milia, ſimilia ſint. Primū autē magiſtri hæc ſcribāt ipro
bāt. Repellātur, q ꝓbāt. his pueri cōmittēdi, & paulo
poſt, neceſſitates, quaſdā diuinas ī nōnullis eſſe diſcipli
nis dicit, mathematicas doctrīas itelligēs, quas q ſciūt
eos deos eē cōtēdit, his uerbis. Quæ igitur clima īqui
o amice diſciplīarū neceſſitates nō humāæ, ſed diuinæ
ſunt? illas ego arbitror Plato reſpōdet, quas q penitus
ignorat, nūq; hoībus, deus erit, nec demō, nec heros,
ut curā de hoībus ſtudioſe habere poſſit, quādo enī hō
deus fiet, ſi nec unum, nec duo, nec tria, nec oīa paria,
& ipaia pōt cognoſcere? q̄ magnos ergo mathemati-
carum ſciētiarum, exacta cognitio deos faciet, ſi pariū
atq; ipariū natura ſola ꝑſpecta, alios deos, alios demo
nes, alios heroas facit? q̄ magni erunt dii, q elemēta-
lē mathematicā, ſicut tu ſolus, degustarunt, ſed ide ꝑ-
fecti cælorū ambitus, ſtellarum curſus, āfractuſq; ipſo
rū magnitudines, diſtātias, ſtādi, regrediēdi, ꝓgrediē
diq; rationēs certiſſimis ſunt demonſtratiōibus uincti,

quarum rerum nihil aut parum, temporibus tuis erat
ꝑſpectum, ſed inſtrumētis, nec ipſis exquiſitis, cæleſtium
corporum motus obſeruabat. Primus enī Hipparchus
qui poſt te annis fermè ducentis, fuit, uiam ad ea quæ
diximus certiorē, aggreſſus. Vbi ergo ponemus Ptho
lomæum, qui ſolus & primus abſolute, cæleſtē diſcipli
nam cōplexus mirabili doctrīna ſerieq; diſtīctā atq;
explanatam poſteris tradidit? Vbi Apolloniū ꝑgenſem
q ab ipſo Ptholomæo plurimi exiſtimatur. Vbi Hippar
chum quoniā qui robuſtiora ſemina ſeuit, unde qua-
ſi, plantaria cæteri traduxerunt, uel ſcilicet in ſummi
dei locum. Sed ſic nullā ſcđm temeritatem gentilē, &
tuā, hēbunt de hoībus curā, de quibus heroes, demo-
nes, diiq; oēs, magnā habent, præter ſummum, ne uile
ſcat. Gentium fuit, hæc Plato, præter illud qđ de ſum-
mo deo ipſe turpiter dicis, gentium inquam, hæc fuit
theologia, nō tua. Quare quibus tu ꝑ hæc places, gē
tiles nobis de uno errores cupiūt reuocare. Vere tu Pla-
to amētium oīum, fuiſti leuiſſimus, uel ut uerius dicam,
ingenio quidē magnus & eloquens, ſed aīo mentiq;
peſſimus, deū tu te facis, q̄a, quid duo & tria ſint, hoc
eſt paria & imparia cognoſcis? hoc ſcīs? ideo duodeci-
mo quoq; dicit, lege nanq; ſanciri iubet, ne quis ad gu
bernacula ciuitatis admittatur, niſi diſciplinis mathe
maticis inſudauerit, nā quoniā ſibi ipſe mathematicus
optimus uidebatur, propterea mathematicos non uiuos
ſolum, uerū ēt cum diē ſuum obierint, deos aut demo-
nes factos hoīum curam hēre aſſerit, qua fide, quo exē
plo, qbus id rationibus probas? nā res ipſa oppoſitum

magis oſtendit. Quẽadmodũ enim mathematici res, à
motu materiaq; abſtractas conſiderant, ſic q plurimũ
eis inuigilant, parum cõmertia humana ꝑcipiunt, &
cõſuetudines hominũ quas etiã ipſi abſtracti magis q̃
ueri homines ſint, maxime fugiunt.

De Alexandro magno, & q, ipſum & Ariſtotelẽ deus
miſit ut ꝑ eos, homines ad ſcripturas præpararet
diuinas, cur græci excellentiſſimi uel uitio
uel uirtute omnium gentium ſint &
de duobus uiris q modo fulgent.

SEd hic loci, Sactus, non poſſum non admirari ma
lignitatem & inuidiã hominum, tum oĩum, tum
maxime græcorum, græci enĩ magis cæteris &
eorum multo magis athenĩẽſes, uiles atq; ſordidos, ho/
mines laudibus in cœlum extollunt, uerum autẽ excel
lentes, Præſtantiſq; uiros, quantũ maxime poſſunt, de/
primere præ inuidia ſtudẽt Platonẽ qui ſic aperte, ut
cætera eius uitia prætereamus, diuinos ſibi petat hono
res, non probabili aliqua de cã, ſed ex mentis ſolum cor
ruptione, quia ſic uel putabat, uel putari cupiebat, ne
mo aſpernatur, nemo uituperat, nemo malũ appellat,
ſed contra multi admirantur ac laudãt, nec q uini uſum
oĩbus, ſed maturæ ætatis, ſed multo magis ad æbrieta/
tem uſq; cõmedat, ĩprobatur. Alexander magnus oĩum
regum excellentiſſimus, adeo ut Auguſtus poſt trecen/
tis annis corpus eius ĩ ſede regia collocarit, diuq; ocu
los illo tentos ſumma cum admiratione tenuerit, ſuppli/
cãtibuſq; ægiptiorũ ſacerdotibus, ut eandẽ affectionẽ
animi erga Ptholomæũ quoq; primũ, oſtẽderet. Quid

nos, quid uos inquit nõ intellexiſtis, regẽ me uidere uo
luiſſe non mortuum, Alexander ille, inquã græcie glo/
ria, caſtitatis exẽplum amiciciæ ſigillũ, fortitudinis co
lumen, & oĩs uirtutis ſpecimen, tanquam ebrius & im
pius, quod deũ ſe faceret, ab uniuerſa penè græcia, cu
ius probatos mores, cuius ſtudia, cuius linguã ad uni
uerſum terrarũ orbẽ, deriuauit, impudẽti mendacijq; li
gua floccipenditur, ſed ut filius Iouis inqt adorari uo
lebat, adoratio eſt corpis flexi genuũ ad terrã proſtra/
tio, cũ aliqua profeſſione diuinitatis, hæc utraq; ſimul
deo ſolum, q corpis atq; animi author eſt. Corpis fle/
xus, ſi abſq; animi credulitate ſit, magnis ẽt uiris debe
tur, qbus fortuna, uel uirtus corpora noſtra ĩ rebus ho
neſtis ſubiecit, aut unde noſtra uiuẽdi alimenta, depẽ/
dent. Hæc adoratio ꝑſarum regibus exhibebatur, pri/
ſcis græciæ hoĩbus, genua hoĩem homini flectere alie
num, ab humanitate uidebatur, Alexãder ſubacto per
ſarum imperio, à ſuis quoq; ſicut à ꝑſis adorari, ſicut
rex uoluit, non arrogantia, nec animi corruptione, ſed
ne ꝑſis græcorum mores imitãtibus, (declinior enim
ad contemptũ, q̃ ad admirationẽ natura, hoĩum eſt) di
gni tas regia cõtemni uideretur. Qua de cau ueſtem,
quoq; mutaſſe apte cognoſcitur, nam cum mater Darii
captiua Hephæſtionẽ quaſi Alexandrum adoraſſet. Illã
quidẽ tunc turbatam errorẽq; ſuum excauſantem, his
uerbis conſolatus, nihil eſt inquit mulier quo turberis,
nã & hic Alexander eſt, ita & mulieris animũ reuoca/
uit, & amici amorẽ auxit, dignitatem uero poſtea ſu/
am, non ut græci reges ſolebant, oĩum contectus indu

mento, ſed trabea qua reges pſarum utebãtur, in ſignẽ ſe oibus fecit, temulentus uero cur à multis fuiſſe, creditur, quia ſic quiſpiã dicet, multi uel potius oẽs hyſtorici conſcribunt, & res temulenti, aio factas cædem Diti cædẽ Caliſthenis pſidoſq; urbis ignẽ producunt. Sed Caliſthenẽ iure temeritatis ſue penas dediſſe, auunculus ẽt eius Ariſtoteles teſtimonio eſt, qui plerunq; dicere ſolebat, dicendi genere ſummus caliſthenes eſt, ſed mentem non habet, eni ſolum regẽ apte reprehendit, quod ueſte, lingua, aliiſq; nonnullis, ut pſarum mores tranſiſſet, ſed ad multos & maxime iuniores, efferebat, degeneraſſe à paternis moribus Alexandrũ. Clitus quoq;, hæc ipſa ſæpius, exprobrans, tandẽ à rege in iram concitato percuſſus eſt cuius mors non tanto dedecori Alexandro, mea quidẽ ſententia q̃ꝫ honori ꝑpetuo eſt. Nã cum impoſſibile ſit hoĩ non peccare magnæ profecto laudis eſt, cito pœnitentia confeſſioneq; delicti ſeipſum à pctõ recipere quod ille maxime oĩum principiũ ſolus, & exẽplo unico, fecit. Quis eni regũ unquã, ꝗs principum hoĩe à ſe cæſo, dolorẽ, & pœnitentiã ſuã patefecit, at ille uolebat mortẽ cum uita commutare, tribuſq; diebus nec eſſe quicquã magnitudine doloris uictus, nec bibere potuit, ſolet eni mens integra, nec ulla ſcelerum illuuie ſordidata, uehementius, ſi aliquamdo labitur pturbari. Perſidi uero urbi, nõ ſubito nec cõſilio ſolum ſuo, ſed græcis ferè oibus cremandã eſſe urbem, quæ multas græcarum urbiũ euertit, proſtrauit, cremauit, cõclamantibus, ignẽ immiſit. An romani corynthum ſola cõmoditate loci, quia munitiſſimus erat, cõmoti iure cremabunt? Alexander pſidas, quæ pluris q̃ꝫ tricentos annos græciã uexauit, ut urbẽ & loco & arte munitiſſimã exurere non potrit? iure Romani, ẽt à græcis Numantiam Carthagineq; euertiſſe prædicãtur, quia ſecunde imperio contẽdentes quieſcere nõ poterant, Alexander urbẽ quæ nobis nec tantũ ſed trecentis ãnis cõtinue uniuerſam græciã uexauit, partẽ euertit partẽ in ſeuiſſimã ſeruitutẽ redegit, iniuria cremaſſe quaſi uiolẽtus à græcis ipſis cõſcribitur. Cur? q̃a ſcilicet græcorũ ẽ aliena bona laudare, ſuis inuidere. Temulentus aũt quo argumento dicitur fuiſſe, an quia multum bibebat? At hoc nonſtatim temulentiã arguit? Ad uires eni hæc oĩa conferenda ſunt, ut nõ ꝗ multum bibat, aut edat, ſed qui multum ſibi nepos & ne q̃ꝫ eẽ uideatur. Ego aũt non à factis & dictis Alexandri (prolixius enim q̃ꝫ res modo patitur) ſed à repugnantia inquã ſcriptores incidunt, nõ ueriſimili ſed naturali, ac neceſſaria rõne procul, ab oĩ temulentia tantum & regẽ & uirum fuiſſe demonſtrabo, multum eni alimentum, ſi nõ digeratur putreſcit, & male olere corpa facit, huius rei ueſtigium eſt quod loca ſicca, & arida, quia nõ plus nutrimenti plãtis afferant, q̃ꝫ digeri optime peſſit, ſuauioris herbas odoris, ꝓducunt, q̃ꝫ humida atq; frigidiora, id ipſum in corpe humano medici ſimiliter fieri teſtantur, putorẽ enim ſudoris indigeſtorum aſſerũt, eſſe humorum, minime fallentium ſignum, ſed oẽs una uoce narrant hyſtorici, ſudores Alexandri ſuauẽ ſemper odorẽ reddidiſſe, qđ diuinitatis eius fuiſſe inditiũ nonnulli ex ignorãtia putant. Quare neceſſario plus

alimenti, hoc eſt cibi ac potus, natura illius & digerēs
uirtus ferebat, ꝗ̄ ipſe ſumebat. Itaq; cum agitatiōibus
ſemp atq; laboribus deditus militaribus, eſſet, benedi
geſto alimento, ſupfluiſq; oibus, aut cōſumptis, aut ex
pulſis ad ſummum decocta humiditas, quoniā ad colo
rem corporis paucior erat p ſudorē, extruſa redolebat.
Quare ſi hoc, & temulentia ſimul eſſe nonpoſſunt, quo
niā illud digeſtos maxime humores & putridos edat.
Illud neceſſario uerū eſt, quod & ab oibus dicitur, &
rebus geſtis ac conſilio Alexandri, quo ſemper oēs ſuos
ſuperauit, conſentaneum inuenitur. Mutationē uero in
dumentorum, ac linguę pſicæ, ſtudium quare culpāt?
Vide prudentiā integritatemq; italorū, ā quibus hyſto
ria romana ſine inuidia conſcripta eſt, Eneas pruden/
tiſſime feciſſe ſcribitur, quod latio iperitans ueſtem, mo
res, linguā ſuorū, cætera præter deorū cærimonias, oīa
in latinorum habitu immutauit, ut hic maxime re duo
populi coaleſcerent Alexander magnus, ut uniuerſam
ſibi Aſiā & indumentis attraheret & lingua illorum
reſponſa reddens ad ſuum magis amorē, atq; admira/
tionē, alliceret, ut morum patriæ proditor ā ſuis repre
henditur? Numa pōpilius, ut ab Armicis ad quietem,
facilius romanorum populum reuocaret, Legeſq; popu
lo daret tranquillo, Diuinas ſibi nuptias, diuina collo/
quia finxit, & mirabili fuiſſe prudentia creditur. Ale/
xandrum qui ſe iouis dicebat filium & rerum geſtarū
gloria, & hoc nomine ſecurius gentes natione feras,
moribus barbaras, multitudine penē innumerabiles re
geret, ſui uilipendunt & aſpernantur. Cyrus qui pſa/

rum imperiū condidit diuinus ingenio, memoria, ſtu/
dio ſcribitur, & quidē ab ipſis græcis fuiſſe, quia om
nium gentiū, quibus impitabat, liguas ut ſingulos ip
ſe alloquens ſibi concilaret, non paruo labore pdidicit,
Alexandro ignominiæ datum ab eiſdē græcis eſt, ꝗ
pſica lingua, pſas alloqui ſtuduiſſet. Quorſum hæc tā
multa, de Alexandro? ut mores græciæ pditos ante ocu
los ponerē, qui ſuorum uirtutes deprimunt, uitia extol/
lunt & alienas magis ꝗ̄ ſuas admirantur. Nō eni Ale
xandro ſummo in oibus uiro Platonē conferre nolui/
mus ſed mores ut diximus hoīum exibilare, ꝗ quamuis
neceſſe ſit etiā cōuitioſis, maiori uicio dare Platoni q̄
deū ſe eſſe diceret, ꝗ̄ Alexandro, tamen id in Alexā/
dro uitupant, de Platone, alii ſic loquūtur, ut oia illi di
cta ſcripta ne magnopere approbent. At qui Plato nul
lam habuit rōnem præter uanā garrulitatē, qua in hu
iuſmodi mentis inſaniā depelleretur, Alexandro plures
maioreſq; huius præuaricationis cauſæ affuerunt, ꝗ̄
alicui hoīum, unquā. Genus, paternū ab Hercule, ma/
ternum ā Pelleo res geſtæ maiores ꝗ̄ credi poſſit, impe
riū totius aſiæ atq; græcie, ſcientia non abiectior plato/
nica, nec tamē, corruptus mentē, quod dicebat, id quo
q; credebat, ſed uolebat ſic credi ad tēpus ad domā/
das hac opinione facilius gentes truculentas, ideo mo
riens oēs gregarios ēt milites ad oſcula manus admi/
ſit, ut ſi uerbis illis quicquā in deum offendit confeſſio
ne mortalitatis ſuæ totum aboleret, & expirans iā quaſ
ſato capite dixiſſe fertur, o quot mihi uictimis Mace/
donia parentabis. Parentabantur aūt hoībus non diis,

Plato uero quoniã duo & tria paria eſſe uel īparia non ignorabat, demonē ſe aut deum factum curam hominum habiturum, non credebat ſolum, ſed ſcriptis quoq; mandabat, ut ſicut poſteri doctrina, eloquentia & authoritate ſua, cōmoti inter deos ipſos collocarēt & qđ ſine indignatione dei non pōt, penè conſecutus à multis eſt, qđ ſomniabat. Collige igitur breuiter, græcorum mores qui Platonis admiratiōe inuſti ſunt. Phyloſophū admirantur, qui ſe deum ſola uanitate cōmotus facit, regē uituperant, qui non parua de cā, multos imitatus, Iouis, ſe filium eſſe fingebat, & q̃tum intereſt, nā ſi ēt eundē utrinſq; dabimus errorē fuiſſe, attamen idem error maius crimen eſt in ſacerdote q̃ in phyloſopho, maius q̃ in cæteris omnibus, & in his tanto maius q̃ in rege quanto maior peccandi licentia eſt in regibus, nam ubi minor eſt peccandi licentia, ibi maior culpa cōmittitur, in Alexandro igitur tanto minor iserror fuit, quanto iuſtioribus cauſis, ad id compperitur impulſus fuiſſe q̃ cæteri, tanto maior in Platone, immo maximus atq; impientiſſimus, quāto nec cām ullam lapſus habuit, & ex aīo phyloſophiæ pſeſſor, cæterorum doctor, ciuitatum inſtitutor, ita ſcripſiſſe ſicuti credebat cōperitur, hoc inde patet, qđ in. vi. ſcribitur. Tam ciuitati, quā nō condimus iquit, quod cæteris leges dabimus, uniuerſo enim orbi terrarum utiles, ſanctas, grataſq; leges pepiſſe ſe opinabatur, idq; prædicare non uerebatur. Ita i aere, ut trito puerbio dicitur caſtra, urbes, ciuitates, ſicuti puer condebat, & has cogitatiōes quas nemo aſſert (pudet oēs pigetq; ſi ſolum talia cogitare

cognoſcantur)

cognoſcantur) Plato uel æternitati cōmendari non erubuit? nūquam enī ante diē in quo ipſæ iſta cum ſodalibus aſſeruit recte cōſcriptas fuiſſe leges in nono aſſerit. At qui Plato has optimas leges tuas, nemo poſtea xx. ferè iam ſeculis tot populis, ciuitatibus, urbibus in tanto tēpore cōgregatis, iſtitutis, cōditis, nemo iquā leges tuas ſecutus eſt. Horū ſimilia ubiq; de ſe Plato cūcta, quæ cogitabat, dicebat, faciebat, ſcribebat ad uoluptates ſuas & oīno ad ſeipſum referebat, quod ego rabulæ alicuius magis, q̃ philoſophi eſſe arbitror, dicat nūc aliqs, i tot tantiſq; uoluminibus ad utilitatē cōmunē, ab Ariſtotele ſcriptis, ubi de ſe atq; ſcientia ſua, uerbū dixit? ubi de laude ſua, uel pſenti, uel futura mētionē fecit? ubi magni aliquid ſibi arrogauit? At q licet magnanimo uere ſe laudare, ſed ille præ modeſtia penitus de ſe nihil. Deide qui ut uera deferre noluit, quod ueri philoſophi eſt illi cōparabitur, qui uel glorioſos milites in laudibus ſuis anteceſſit, illi deteſtabiles uidebantur, quoniam magna de ſe pdicabāt, Plato qui ſe leges orbi tuliſſe putiles falſo, iactat, Ariſtoteli q uel uera de ſe tacuit antponetur? Illi quia ſe reges dicebat, exploſi decidebātur. Plato qui ſe deū eſſe magna uoce, ac ſæpius cōtēdit, mirabilis nobis philoſophus eſſe uidebitur? Longiore de Alexādro ex curſu fuimus, niſi qa impetu ferebamur, dedignati falſo tantū regē eo crimine cōdēnari, quo ne dum nō cōdēnatur Plato, uerum etiā laudatur. Quodq; idignius eſt, uere ſcripſiſſe à multis creditur. Verū ſi quis forte miraretur, quid ſit quod ē gēte græca multi apicē probitatis, atq; ſciētiæ nō atti

giſſe ſolum, ſed ſupgreſſi fuiſſe facile creduntur. Plures
luxu porcos, lupos rapina, tigrides ſeuicia ſuperari, ut
eadē gēs noſtra, oēs hoies, & turpitudine & gloria,
longe poſt ſe reliquiſſe uideatur igenia græciæ quanta
ſunt natura fuerūt ne cōſideret, magni enim igenii, at/
q; animi hoies, ad extremā, aut uirtutē, aut uicioſita
tem, ut ſic dicā, ꝑueniāt neceſſe eſt. Nā cuicūq; rei natu
ra excellentes animi, ſed ederint, in ea cæteriſq; oibus
ꝑſtare ipſos neceſſe eſt. Quare ſicut apud alios gentes
pauciores, ſemp boni fuerūt, plures mali, ſic apud græ
cos plures peſſimi omniū, pauciores ſublimiore uirtute
q̃ natura hoium patitur fuiſſe comptum eſt. Id quāuis
copioſe poſſimus exēplis cōprobare Alexāder tamē &
Ariſtoteles nobis ſufficiunt, quos ego arbitror ad ꝑparā
da hoium corda, ut ſcripturis itellectis facilius aduētū
creatoris amplecterētur, diuitus nobis datos fuiſſe Duo
bus maxime oibus gētibus, ut ſaluatorē ꝑparatæ ſuſci
perēt opus erat, primum, ut iudaicas, ideſt diuinas ſcri
pturas legere poſſent. Alterū ut per itelligentiā naturæ
creaturarū, ad ſupnaturalia gradum facerēt. Hoc ulti/
mū Ariſtotelicæ faciunt doctrinæ, quod iā ita patet,
ut nemo ſit, q negare audeat, primū Alexāder uel po
tius utrumq; deus, ꝑ utroſq; cōfecit, nō enim poterat
ſcriptura (humanitus loquor) in oēs effundi gētes in
inſingularum linguas traducta. Id cum pene īpoſſibi
le eſſet, propter hoium negligētiā, in deorumq; contē
ptum uoluit deus oibus primum gētibus, locutionem
græcā cæterarum oium elegātiſſimā, ſuauiſſimā, gra/
uiſſimā donare, deide ſcripturā ſuā in eādē linguam

transferri. Quare cum ꝑ uniuerſam Europā uulgo he/
ri uocē græcā uideret, addo etiā Africā, partim græco
rum iperio, partim romanorum qui nō minus græcis,
q̃ ſuis litteris icumbebant, quāuis & aliter extrema
quoq; europe litterā græcā nō ignorarēt, quod Caſa/
ris oſtēditur comentariis. Ibi enim, ſi recte memini, ſcri
bitur negotiorum regis gallorum libros ad Ceſarē de/
latos ſtupore oēs affeciſſe, quod græce ſcripti eſſent. Cū
igitur uniuerſa Europa, & Affrica grece, aut ſciret,
aut propediē ſcitura eſſet. Aſiæ uero multæ, īgenteſq;
regiōes nullā aliter poſſent grecarum litterarum habe
re peritiā, niſi græcorum imperio ſubicerētur; Suſcitauit
deus Alexādrum eo aio, uirtute, prudētia, liberalitate,
geſtarum rerum gloria, ut non minus his rebus q; ar/
mis effuſos Aſiæ tractus, igētēq; illā barbariē ſibi ſu/
biecerit, qui paſſim in excellētibus urbibus græcarum
ſtudia literarum celebrauit, linguāq; ꝑ totā Aſiā ad
Gangē uſq; propagauit. Paulo deide, poſt tam uniuer
ſa fuerit Aſia græcis exculta, doctrinis mirabilē. Ptho
lomæo uertēdæ, ſcripturæ ardorē iniecit, qui. lxx. ui/
ris, ſex de ſingulis tribubus delectis, & i ægyptum ex
iudea euocatis, tanto apparatu, fama, gloria ſcripturarū
traduxit, ut uniuerſum orbē itonās uox ꝑſonaret. Tra
ducitur. Traducitur cunctis gētibus ſcriptura diuina,
ne poſſint ꝑ ignorantiam ſcripturarum, futurum ſal/
uatorē nō ſuſcipient, ſeipſas excuſare. His ergo de cau/
ſis (ut re ipſa patet) Ariſtotelē naturæ lumē & Alexā
drum orbis terrarum columē ad græcorum gloriā di/
uinitus nobis datos, ꝑdicare nō erubeſco. Summe igi/

tur: uterq; hoibus profuit, ſed alterius, terminatus iam uſus eſt. Alterius dõec hoies ſint, pdurabit, ſed græcia quamuis quaſi ager icultus, calamitatibus preſſa, nunc iaceat, duos tamẽ uiros omni ſanctitate pcipuos his tẽporibus nobis produxit, Yſidorum Cardinalẽ Ruthenum, & Gregoriũ conſtantinopolitanum põtificẽ. Quorum Yſidorus, cum potuiſſet in eccleſia ſua regie uiuere, iunonẽ eccleſiæ romanæ opibus illis & gloriæ huius ſæculi ptulit, uinculiſq; acerbiſſima ppeſſus inuictus tandem euaſit, uiuuſq; martyr uerẽ eſſe, quæ multi uilipẽdunt priſcorum pro catholica ſide picula, non uoce, ſed re dum aſpicitur, pdicat. Poſt hæc undecunq; potuit, quãtaq; potuit pecunia collecta, ad ſuccurrendum cõſtantinopoli pfectus, captuſq; in expugnatiõe urbis ab infidelibus, idquoq; piculum diuino auxilio aufugit. Et nunc quamuis in ſumma inopia, ſi ſuam dignitatẽ cõſideres, iuuat, magnitudine tamẽ animi, plura ſolus indigentibus elargitur, q̃ cæteri penè oẽs. Cõſtantinopolitanus uero pontifex Gregorius, non ferens grecorum à romana eccleſia diſſidium, ſed ſua eccleſia relicta, romam migrauit, & beneficio tam multis ſubuenit, ut mirum ſit, unde ſibi affluunt, quæ in dies pauperibus diſpergit.

### Quod Plato legibus ſuis ſic adoleſcentes ad modeſtiam exercet, ut ad luxuriam uerſutus impellat.

Verum de his quãuis nunquam dici poterit ſatis iam ſit, illa nunc è diuerſis locis in unũ colligamus, quibus ad modeſtiam utriuſq; ſexus adoleſcẽtes legũ hic lator exercet, quã rẽ minime ab alijs legũ latoribus intellectã falſo putat, nã illi qdẽ recte pceptis naturæ noſtræ motibus, ſic ad fortitudinẽ iuuenes exercebãt, ut ad modeſtiã quoq; ſimul deducerent, uitam eni ſeparatã, ab omni luxu ſemotã, primum cretenſibus Minos, deinde Lycurgus lacedemoniæ iunioribus cõſtituerũt, ubi à magiſtris dura militiæ rudimẽta pferre diſcebant. Ea Syſitia, ideſt cõcibatiões appellabant, nec enim cõuiuia q̃ magnificẽtiã, quãdam in cõueniẽdo ſignificabãt, nec cõmeſſatiões, quoniã ad intẽperantiã uocabuli uſurpatio uergit, uocare poſſumus, uictum, in quo & panis duriſſimus, & ferculum non abſq; acerbitate, & uinum auſterũ offerebant, adeo ut Themiſtocles ille cũ in lacedemoniã ueniſſet, cũq; uix admiſſus ad uidẽdã exercitantiũ ſe iuuenũ uitã cõcibitus cum illis fuiſſet, nõ magis labores eorũ, q̃ uiuẽdi cibiq; ac potus duritiẽ admiratus fuerit, hãc uitã Plato ad fortitudinẽ ſolum prodeſſe iudicat, ego autẽ multo magis etiã ad modeſtiam, primũ quia nulla re magis libido, q̃ duriore uictu domatur, deniq; quia laboribus confectã corpora, uenerẽ admittere nequeũt, tertio quia die, noctuq; ab illecebris hoies ſeparati, quæ per ſenſus influẽtes animũ effeminant uitã mihi cæleſtem potiuſq̃ humanã uiuere uideantur. Sed Platonẽ audiamus. Hæc igitur i primo dicit, & põatur ſimiliter quænã ſtudia exercitationeſq; ueſtris ciuitatibus ſunt, quibus nõ ut fugiãt, ſed ne ſuperẽt uoluptates cõpelluntur, quẽadmodũ & dolores nõ fugare, ſed uincere honoribus lex pſuadet. Sed qd ẽ in legibus ſcriptũ qd ſimiliter ad

uerſus uoluptatē, quēadmodū cōtra dolorē fortes effi/
ciat, uictoreſq; quorū oportet, oſtēdat, nec ullo modo
patiatur à proximis, atq; grauiſſimis hoſtibus ſupari,
ꝗpte nō abſtinēdo, aut continēdo, ſed fruēdo uoluptar
tibus, exercere, aſſueſcereq; ad modeſtiā hoies uult nā
ſicut non fugiēdo, ſed ſubeūdo labores, ad quæq; peri/
cula exercitati efficiuntur, ſic ad modeſtiam credidit,
aut potius uoluit hoies uidēdo, audiēdo, tāgēdoq; ex
erceri, ſic ſcilicet, ut & ſi uideant, atq; tangāt, cōtine/
ant tamē, aut honoribus prouocati, aut auctoritate p̄/
ſentiaq; magiſtratuū fracti, hoc eni ſupant uoluptates
ſecundū ipſum eſt. Iſtud autē quod à Minoe atq; Ly/
curgo ſancitum fuit nō eſt ſuperare iquit, ſed fugere,
ſequitur deinde indigna priſcorū, qui leges poſuerunt
& occultior, quod ab eo ſolet fieri reprehēſio, atq; uitu
patio, & tandē ad Climā ſolū hæc uerba effudit. Solis
enim nobis græcorū barbarorūq; oium, quorū ad nos,
uſq; nomina puenerūt legum lator iuberet à maximis
uoluptatibus iocūdiſſimiſq; ludis cauere, nec eos oino
guſtare, ad dolores aūt, atq; timores, ut tetigimus dux
eſt, reſpōdet Clina eo grauius, cōmodiuſq; quo breui/
us, putauit eni mihi quidē exercitatos in iſtis ita effu/
gere poſſe, ut eis nō ſeruiant recte, recte iquam Clina
dixit Plato, nam qui dolores, & metus, & picula ſube
unt aduerſus uoluptates quoq; duabus ratiōibus exer/
cētur, primū quia labor cōtinuus uoluptates & oppu/
gnat & expugnat. Laboribus eni deiecti hoies minus
laſciuiunt, deide qia dum labor, & metus imminet, ani
mi trepidatio mētem à uoluptatibus, cogitationemq;

abducit. Modeſti uero, ac tēperati, nulla re alia magis
abſtinētia, non manuum, & oculorum, & aliorum ſen
ſuum tantum, ſed etiā cogitationis, animiq; continētia
effici poſſumus. Vnde multi ocium libidinis fomitē di/
xerunt. Sed Plato ad Climam hoc ipſum iquit, ut ego
arbitror, oportuit eum de uoluptate quoq; cogitare, ac
ſecum dicere, quod ſi ab ineunte ætate maximarum ci/
ues uoluptatum expetes erunt, nec p̄meditati cōtinere
ſe in uoluptatibus, & nihil turpe iocunditatis uolupta
riæ cauſa facere, ita ſuccumbēt, quēadmodum, qui ti/
more uincuntur, pſpicuum ex iſtis factum eſt, non ab/
ſentia, ſed p̄ſentia uoluptatum, aut rerum, unde uolupta
tes hauriuntur modeſtos fieri hoies Platonē putare, uel
ut ego arbitror, cupe, idq; ex ſerie rerum malitia dige/
ſtarum cōprehendere mihi uideor, non enim ubi exer/
citationē, hanc ſcribit, ibi hæc quoq; ſicut res flagita
bat digeſſit, ſed alterū pcul ab altero ſemouit, ne res ap/
tior fieret, quare nos illam à libro ſexto repetamus, ut
ex collatiōe locorum, uel ſciētia, uel uita Platōis proma
tur in medium. Nuptiis igitur leges afferens hæc ſcri/
bit, ut quiſq; collocat, & quā ducit quantum fieri poſ
ſit cognoſcat, ludi choreæq; adoleſcentium, adoleſcētu
larumq; ſimul fieri debent, nudorum, nudarumq; ad
modeſta uerenda, ut cum ratiōe in ætate conuenieti cō
ſpiciant, atq; conſpiciantur. Digna uero cauſa, ut nu/
di nudeq; ſimul uiri, & fœmine choros exerceant, ut
alteri alteras cognoſcant, iquit, an non poſſunt aliter ſe
cognoſcere, niſi alteri alteris nudum corpus, & quidem
ſæpius cōſpiciēdum obtulerit. O peſſime tum omnium

libidinoſiſſimeq; ſenex, multi coniugati modeſte uiuen/
tes, totã ætatẽ ſimul pegerunt, liberoſq; ex ſeſe procrea
rũt, nec alter ab altero nudus unquã cõſpici paſſus eſt,
quod & priſcæ græciæ, & romanis poſſumus exẽplis
cõprobare. Tu quoniam agere ſenex nõ poteras libidi/
noſis oculis tuis leges accõmodas, & omnẽ terrarum or
bem, quantum in te fuit, modo ipudicos tuos oculos pa
ſceres turpitudine in ſempiternum pdere ſtuduiſti, nec
te puduit in naturæ noſtræ obprobrium nuda corpora
uirorum fœminis, & fœminarũ (qua re nihil fœdius)
uiris proponere. Quid dicam? fuit apud ueteres tantus
pudor, ut patres cum iunioribus liberis, & matres cũ
adoleſcentulis filiabus nũquam lauarẽtur, tu nudorum
nudarumq; ſimul choreas ſancis, exercitationes quoq;
nudis iubes fieri corporibus. Sic enim in octauo ſcri/
bis, fœminis uero puellis quidẽ nõ adhuc pubeſcenti/
bus, nudis ſtadiũ ponemus, & diaulum & equeſtre,
& dolichum; hæc in ipſo curſu cõcertent. Vltra uero
tertium & decimum ætatis annum uſq; ad. xx. nuptæ
fœminæ ad certamen curſus deſcendant. Sed quæ inter
xx. & decimum, & octauum ſunt, congruo utantur
ueſtitu. Aperte iubet, ut puelle, quæ decimũ octauum
ætatis annum non exceſſerunt, inde oĩno choreas exer
citationes celebrent, uiros etiam nudos, ad hæc mune/
ra deducit, ſed ætatem in eis non determinauit, quam
igitur ob rem nuditatem induxit, hic quidem, ut co/
gnoſcantur conducentium, & conducendorum cor/
pora inquit, in primo autem, ut tam uiri, q; mulie/
res aduerſus uoluptates ſe exerceant ſcripſit, de primo

cauſa non eſt opus dicere plura, res enim p ſe apta eſt,
nanq; ipſam oppugnat, quis eni dicet, quã nudã popu
lus uidit, aut ſi duxerit quis non occidet, tanquam
impudicam! aut ſi non occiderit, quis equo aĩo uiuet?
Cum illa cuius mẽbra, quæ uel natura ipſa mire occul/
uit, oculis oĩum ſemp antea patuerunt. De altera latius
dicendũ eſt, ne Ariſtoteles inſanire platonicis uideatur,
qui non aliter appetitum q; pueros caſtigandũ eſſe cen
ſet, & abſtinentia continentiaq; ſimul, ut ratiõi pareat,
domandũ putat, nec ego Platoni ad naturã harũ rerũ
pcipiendã ingeniũ defuiſſe, ſed uiciis obcecatum nõ po
tuiſſe contenderim. Exercitato eſt uſus atq; cõſuetudo,
ad hitum aliquãdo adipiſcẽdum aſſidua. Picture aliqs
ſtudet? pigere ipm oportet aſſidue, ita ut ad melius ſem
per pgrediatur. Dicere ut orator cupit, quotidie aliqd
ſibi eſt excogitandũ acutẽ, diſponendũ congrue, pronũ
tiandum grauiter, ideſt memoriter atq; eloquenter, ſem
per ergo exercitatio ad rem cuius hitum optamus, qua
ſi ad finẽ accõmodatur, quæ uero ad finẽ tendũt, qua
ſi formã quandã, & modum ad ipſo fine accipiunt, ut
qui orator eẽ cupit, melius indies dicere conatur, aliter
enim non, ad benedicendũ, quod eſt oratoris, ſed ad op/
poſitum, ſe exercet. Quare in uirtutibus, nõ alio modo
fieri põt, ad liberalitatem enim non traducitur, ſed opor
tuna erogatiõe aſſueſcimus, nam quoniã liberalitas in
benedando ideſt circumſtantiis diligenter conſideratis
conſiſtit hinc formam & modũ, qui ad eã ſe aſſueſcere
uolunt accipe debẽt. Similiter etiã quoniam fortitudo
eſt, laborum piculorũq; cum utilitatis cõpenſatione ſu/

ſceptio, qui ſe ad eã exercet, non oportet eum recuſare labores, nec dolores fugere, ſed libenter ſubire, ut hinc corroboratus animus in rebus ipſis non timeat, nec ullo pacto pturbetur, ſed cõſtanti magnaq; uirtute, nec ut temerarius impetu ĩuadat, nec ut formidoloſus in fugam ruat. Quare ſi quis etiã ad modeſtiam ac tẽperãtiã aſſueſcere cupit, quod oẽs facere debemus, quoniã hinc & exercitatio & uſus formã, & modũ capit, Videndum eſt utrum uirtus ipſa curſus quidã ad uoluptates ſit, ipſarũq; ſuſceptio, ſicut fortitudo laborũ, an contra, fuga quedã abeis, quã tum abſtinentiã, tum continẽtiam appellamus, & ſi hoc eſt, modeſtus certe, non cõplectendo uoluptates, aut uoluptatum fontes, ſed abſtinendo ab eis ſe ipſum temperat. Quas ob res, non uidẽdis nudis corpibus ad modeſtiã animus iuuenum, corroborabitur, ſed ardeſcet ad libidinem magis & ferre non poterit, totius enĩ negocii moralis qđ phyloſophia docet, leges exequuntur, finis eſt, nõ eradicare à nobis pen tus appetitum, id enĩ naturã hoĩs euertit, & impoſſibile homini eſt, ſed domare, ac rationi obtemperantem reddere, quicquid aũt domatur ab impetu ſuo ad rõnis normã reuocatur. Vagatur equus paſſim, ſed freno conſueſcit, equitantis uoluntatem ſeq, bos ſulcum ſequitur iugo preſſus. Quare cum nobis appetitus aſſidua, exercitatiõe domandus ſit, ut rationẽ ſequatur, certe domari nunquã poterit niſi effrenati eius ĩpetus retineãtur, nam quẽadmodum, quoniã labores appetitus recuſat & fugit ſuſceptione ipſorum domatur, ſic quoniã non fugit ſed fertur citus ad luxum uidendo tangendoq;

adeo ut ardeat. Remotiõe ac abſtinentia caſtigãdus domandusq; eſt, non enim ſecundis ſed contrariis quæq; domantur, refugit à laboribus appetitus, cogatur eorũ iugum ſubire, fertur ad libidinẽ præceps, remoueatur ne ulla fomenta libidiniſs ſentiat, non oportet longiores nos eſſe in re quã oĩum aĩalium natura demonſtrat, oĩum hoĩum cõſuetudo probat, oium populorum leges præter Platonis quas nulla, ciuitas ſuſcipe potuit, una uoce docent. Solitarius equus, ne ſi pinguiſſimo etiã, pabulo alitur, uenere concitatur, ſi quã uiderit, fertur turbidus raptis habenis. Sed Plato ut ſolet ſenſim allocutoris, capere, ſic ipſe rogatus reſpondeat, an quiſpiã ſit qui uxorẽ nuditate malit corporis, q̃ cõtrectu pudorẽ ſeruare ſuũ contrectu dicet, niſi uelit apte mentiri, an mentis cõpos reptus unquã aliqs ſit, qui aut ſe, aut uxorem uellet loca celeberrima nudam petere? nemo profecto. Cur ergo quod natura non patitur (nã quod oẽs uſu faciunt hoc naturæ opus eſt) quod ad malos mores ptinere putatur, id Platoni approbanti aſſentiemus, præſertim cum ipſe clamet, nullis unquam legibus hæc ſancita fuiſſe & à ſe ipſo primum excogitata pſitatur, ſed q̃ ſceleratæ mentis fuerit inde facilius cognoſcemus, ſi natura rei totius paulo altius expoſita fuerit, nihil expetibilius, oibus rebus eſt q̃ ppetuitas, id enim natura ultimus rerum finis eſſe uidatur, ad quem ipſa tendit, quare quæ non poſſunt, in ſe pſis ppetua eſſe oĩa per generationẽ natura, ſpetie, quoniam aliter non põt, perpetua facit, & his generabilium & corruptibilium finis ultimus ſcdm naturam eſt, nam cum deus ultimus.

ſimpliciter finis oĩum ſit, res naturales eo finẽ aſſequuntur ſuũ, quo creatoris æternitatem pro ſua cõditione adipiſcuntur, hac de cauſa magnã natura cũctis aĩalibus ardentemq́; coniunctionis cupiditatẽ immiſit, omnia enim ad eam ruunt quaſi ad finẽ, quippe cum ꝑ eam generatio & ꝑpetuitas fiat, ſed cætera quidẽ animalia (ſemꝑ de maribus loquor) nulla locorum tẽporũ, aliarumq́; circunſtantiarum habita rõne, fœminæ, tunc ſolum cum aptæ ad concipiendũ ſint, natura enim regũtur, quæ nihil facit fruſtra, homines autẽ quorum natura nõ ſenſu tantum ſed rõnis quoq́; libertate ꝑficitur, ſi ſua libertas aĩalẽ ſeq̃tur appetitum, tam fœminæ q̃ꝫ mares, ueneri ſemꝑ ſeruiunt, ſi rõnẽ nõ niſi ubi, quando, & q̃bus cum, debent. Verum quoniam tanta, uoluptas coniunctionis eſt, ut nemo niſi armatus poſſit reluctari, rõnem natura pudore aduerſus uoluptates muniuit, nam niſi pudor rõnis miniſter homines quaſi frenum retineret, nihil turpius, nihil fœdius, nihil ſordidius homine in re uenerea inueniretur. Sed rõnem habenis ſuis natura ipſa armauit, hoc eſt pudore à turpitudine homines retrahit. Quare qui pudorẽ ex hominibus tollit, is genus humanum ceteris animalibus præſtantiſſimum & diuinum potius q̃ꝫ mortale, ad beſtiarum naturam intrudit, nulla uero re alia pudor omnino, extinguitur, q̃ꝫ nuditate, nam ſi alteri alteras nudos nudaſq́; aſpexerint, & maxime ſi dum uideãt uideantur, idq́; publice multi multæq́; ſimul pagant, tota pudoris uis illico per uiſum elapſa, euanuit, periculo etiam iam ſæpius compertum eſt, mulieres cum ſe nudas eſſe à quoquã aſpectas ſenſerint, illico aut mortem aut coniunctionem illius optare. Hinc poetæ dyanam fingunt ab orione quẽ, latini iugulã dicunt, nudã dum lauaretur aſpectam, non coniunctionẽ eius, ſicut ille ſperauit, ſed ad interitum amore caſtitatis irruiſſe, Gyges, & uxorem & regnum fuit adeptus. Hinc, Cãdaules & uitam & regnũ amiſit. Quare prudẽter Herodotus uereq́; dixiſſe mihi uidetur, mulierẽ una cum indumentis pudorẽ quoq́; deponere, qđ multo magis, uirginibus accidere neceſſe eſt, quis natura tanto pudore ornauit, ut uel colloqui cum uiris erubeſcant, hæc Platonẽ ut ignoraſſe negauerim, ita ſcelere genus hominum deprauare uoluiſſe ac ex leuitate ſperaſſe contenderim. Quare q̃ꝫ dignæ phyloſopho uixerit, quiſq́; ꝑ ſe ipſum, conſideret, ego magis, pernitie pudoris, ne plura excogitari poſſe puego, nã qui corrũpunt & corrumpũtur, qui corpe merentur, qui lenocinio alios in fraudẽ ac laqueum illiciũt, aut uoluptate, aut comodo aliquo uicti, rem facere ſibi iocundã uidentur, Plato autem iam ſenex, poſteros ſcriptis ſuis, ad tantã pudoris, unde pudicitia manat, iacturã, legibus populos cogit uniuerſos, nulla uoluptate, aut cõmodo inductus, niſi q, ſpe turpius hoium uitæ à ſe inducende gaudebat, & ſummã ſibi fœlicitatẽ, acquirere putabat, ſi oẽ genus hoium ſui ſimile faceret. Dicet fortaſſe aliqs, illud quod ad aſtra uſq́; ſectæ ſuæ principẽ platonici extollunt, & cœleſtẽ hoiem appellant Platonẽ, non ut corrumperet ſed ut ꝑficeret genus noſtrum pudorẽ eicere ac exterminare penitus uoluiſſe, nã ſicut potum ẽe

ſi uehementer ſitiamus, tamen ſi offuturum ſcimus, nõ quia bibere pudeat, ſed q̃a non bibere conferat recuſamus, ſimiliter à cõiunctione uenerea uoluit ut ſe hoĩes contineant, non q̃a pudeat, ſed quia non liceat. Quare non ꝑdere ille genus humanum, ſed ꝑficere his legibus uoluit. Semiperfectus eñi quodammõ eſt, quicunq; à re turpi abſtinet, non quia turpis ſed q̃a pudet, ille uero undiq; ꝑfectus eſt, qui rem turpẽ repellit, nõ quod agere pudet, ſed quia turpis. Iacta iã nobis ad has platonicorum obiectiones fundamenta ſunt, quæ tamẽ iterum repetere non grauabimur, ꝓſertim cum rerum ueritas, q̃to ſæpius reuoluitur, tanto tenaciori memoria retinetur. Extirpare ꝑturbationum radices, ſiue fontẽ ſiue naturã dicere placeat, liquido ſtudet Plato, nõ mea quidẽ ſententia, ut hoc ipſum faciat, ſed ut diũ ꝑfectionem hoĩs ſimulat, ad oĩa ei uicia ianuam aditumq; perfaciat, uim enim timoris, iræ cupiditatis, cæterorũq; hmõi, nõ ita caſtigare, ut rõni obtemperet, ſed euellere penitus conatur, quod ſi fieri poſſe uidit, ut ego arbitror, ꝑnitioſus uir atq; peſtifer fuiſſe conuincitur, natura enim hæc nobis immiſit, ut quẽadmõ officiunt, ſi rationi aduerſantur, ſic ꝑ rationẽ domata, iuuerit ad uirtutem. Nam & ira rõne formata, in fortitudinẽ uertitur, & timor ſimiliter, contraria enim ſunt. Et contraria quæ nobis natura inſita ſunt, non euelluntur, nec.n. fieri hoc põt, nec ſi poſſet, utile ad hanc uitam foret, quippe quæ in aliũ ſtatum, illico, natura ꝑturbationũ penitus euulſa tranſire uideatur, nõ tolluntur igitur ꝑ rationẽ contraria hæc, ſed imediocritatem reducuntur.

Accedit quod pudor, non ut ira & timor caſtigatus ac domitus ĩ uirtutem reducitur, id eñi cõtrariis accidit, quæ utriq; uitio annectuntur, ſed ſemꝑ augendus eſt tanquã modeſtiæ fons atq; origo, nã contrarium etiã, eius impudẽtia ipſius turpitudinis radix eſt. Quare ut impudẽtia ſemꝑ uitio datur, ſic pudor uirtuti adheret, quẽ ſi quis tollit, tollit aũt qui nudas nudoſq; uirgines & adoleſcentulos, mutuo ſe aſpicere legibus cogit, Is iuuenilẽ ætatem ſuapte ardore inflãmatam ad uenerem quaſi ad ignẽ immittit, nec referre, ſi dicitur retinebunt ſpera honores, refrenabit magiſtratuum præſentia, nam nec magiſtratus ſemꝑ adſunt, nec ſpes honorum eis uidetur, quos cupiditatis incendium uiſu quaſi oleo elatũ perurit, pudoreq; ſimul mutuo nudatos aſpectu attrito, præcipites agitur. Quid plura? Si domi diligenter cuſtoditæ uirgines uix euadunt, ſi oĩ caſtitatis diſciplina caſtigati iuuenes uix ſe continent, ſi ſolus oculorum mulieris impudicus intuitus modeſtiſſimos, ſæpe uiros euertit, quid nates, quid inguina? quid cætera quæ nõ nominari quidẽ honeſte poſſunt, tlibidinoſis obiecta iuuenũ oculis facient? quas faces, quos ardores, quæ flãmarum incendia, libidinis tormenta, cupiditatis ignẽ, tela cupidinis, illecebras ueneris turbinis actas, modo excitabunt? totãq; breui tempore urbem turpiſſimorum incendio amorum, cõcrematam in porcorum habitacula commutabunt.

### Quod plato legibus ſuis perpetuas fore ciuitates ſomniauit.

ILlud mirum q̃ perpetuas ac fœlices legibus ſuis
ſuturas ciuitates iactat, niſi eas neglexerint, dein
de leges ſcribit, qbus ne ad unius quidẽ hois ætaꝛ
tem ciuitas poſſit pdurare, ſempq̃; donec extet, in maꝛ
gna miſeria degat. Verum de miſeria dicta iam ſunt
multa, ſiquidẽ turpiter uiuere, ideſt miſere uiuere, &
dicetur forſan in ſequentibus latius, non enim ordine
iſta pſequimur, ſed quæ occurrunt accipimus. Inanis. n.
eſt querendi labor, quãdo quæ forte occurrunt ſufficiꝛ
unt; ppetua uero quo pacto, his legibus ciuitas erit?
nam ſicut à ſexto aliisq̃; locis, colligitur, armis æſtate
atq̃; hieme ciues uocare cenſet, & muſicæ cæteriſq̃; ar
tibus, libero dignis, ſeruos agrorũ cultui, mechanicis ue
ro quibus non minus q̃ agricultura, opus eſt ciuitati,
peregrinos ſolum. Hæc cum ita ſibi diſtributa ſint, in
calce octaui ſancit ne aduenis poſt. xx. annos exquo
uenerũt in urbe liceat pmanere filios quoq̃; ipſorũ in
urbe natos, poſt uiginti annos abire iubet, hos annos, à
qntodecimo ætatis adoleſcẽtulorũ anno initium ſortiri
uoluit. In his legibus quot, deus bone, in conſequenꝛ
tia, i cõſtãtia, repugnãtia, ipoſſibilia, iniqua dictu, tur
pia cogitatu, fœdiſſima ſcripta ſunt? ppetuam ciuitatẽ
facere uult, & aduenas qbus ſolis neceſſariæ adinuenꝛ
dũ artes cõmendantur, poſt. xx. annos pellit? & q ſunt
adeo ſtulti ut ſuam relinquant, & illo conueniant unꝛ
de ſe pelli non ignorent, ne ſe ſolos, uerum etiã liberos
ſuos ibi conceptos, ibi natos, ibi educatos? aut qs mentis
nõ inops, ibi. xx. annos uelit hitare, ubi nec armis nec
liberalibus artibus, filii ſi quos ex ſeſe gẽuerit dare ope
ram queant,

ram queãt, ubi nec maribus filiis uxores, nec fœminis
uiros, niſi forte aduenas, aut collocare, aut conducere
poſſit? pelluntur peregrini à ciuitate platonica, pellun
tur ergo, ſutores, piſtores, fabrorũ oĩa genera, lanii, ſar
tores, cætarii, cæteriq; huiuſmodi. Quis poſtea horũ of
ficia ciuitati pſtabit? ciues, at nõ pmittuntur lege. Qua
re ſi utraſq̃; leges ſeruaueris, urbs oĩno periit, ſin alterã,
platonicæ ciuitatis formã mutaſti. Pelluntur pegrinoꝛ
rũ filii ex urbe, ubi nati, educatiq; ſunt, ubi primũ uiꝛ
talẽ ſpũm hauſerũt, quã primã patriã, & nouerũt, &
appellarũt. Cuius ſacris (ſecundũ Platonẽ loquor) &
cerimoniis ĩbuti, alium deorum cultũ inire nephas puꝛ
tarẽt. Cui natura eorum cõpacta, cõformataq; eſt, oẽs
enĩ eorũ locorũ ubi nati ſumus cœlo, ac aere quaſi forꝛ
mati, natura quadã, & corporis cõplexiõe, ac ideo etiã
aĩorum uitio, aut uirtute cõuenimus. Hinc Aſiaticos,
græcos leues, cretenſes ĩgenioſos, afros uerſutia pditos,
gallos ſupbia, grauitate italicos dicimus. Vnde fit, ut
qſq; natura ciuis eius ciuitatis ſit, ubi natus eſt. Quaꝛ
re magnus iſte mirabiliſq; philoſophus, & ſacrorũ na
turæ peritus Antiſtes, naturã ipſam ſuis legibus pimit.
Audiui ego à parẽte meo proauũ ſuũ, ex trapezunta,
neſcio qua põti urbe ĩ cretã migraſſe, nũquã tamẽ põtiꝛ
cã urbẽ illã, aut capadociæ mõſtrũ aliqd uidere ſomꝛ
nio uiſus ſum, at urbis cretẽſis, ubi natus ſum, ſæpius
mœnia, portas, forum, tẽpla, portũ, ædes, & dormiẽs,
& uigilãs ſomnio. Nõ igitur iniquiſſimus eſſet, ſiquis me
ĩde quaſi põticũ, atq̃; barbarũ hoiem, aut ſcytã, aut tra
cẽ à uirtute penitus, ut prouerbio dicitur alienũ, legiꝛ

bus ſuis extruderet. Neſcio certe unde id in mētē pla
tonicā uenit, aut quo pacto, tā inaudita īcredibiliaq;
portenta excogitauit, ciuitati utile iudicauit; oēs qui
urbes, populos, regna fundant, atq; cōſtituūt, qbuſcū
q; poſſint uiis, multitudine hoīum rē ſuā muniūt. Sed
malis īquit pegrinorū moribus, ciuitates bene inſtitu-
tæ, quaſi morbo, à cōtagiōe afficiūtur. Cur ergo eos re
cipis? neceſſitate igt coactus. Cur receptos poſt. xx. an
nos iā ad mores, legeſq; tuas, aſſuetos eiicis? aut cur fili
os eorū in legibus eius natos, & moribus educatos ex-
terminas? qs te iſta docuit? qs tāta tibi prodigia enarra
uit? à quo pcepiſti rē ante tua tēpora, oīno inauditam?
priſci eni nō modo nō expellebāt pegrios, uerū etiā mul
tis modis, ut ſecū æquo iure, pari dignitate, pariq; no-
bilitate habitarēt, inuitabāt. Idq; ſuæ rei pu. incremē
tū, ac robur exiſtimabāt. Teſtis ē uniuerſa græcia, quæ
tum immunitate prouocabat, tum aſylis, ideſt ipunitate
ſcelerū, fugiētes uicinos ad ſe cōuertebat. Vnde poetæ,
hoc modo auctis ciuitatibus, armatos hoīes è terra na-
tos fuiſſe metiūtur. Teſtis eſt Vrbs roma, ipſeq; populus
romanus, cuius opes, nō alia re magis orbis terrarū opi
bus, exequatæ ſunt, q̄ quod pegrios ultro ciuitate do-
nabant. Romulus eni cōditor ſtatim fundamētis iactis,
ueteres imitatus græcos, aſylum apuit, nec inocētes ſo
lum, uerū etiā noxios cōuocabat. Deinde bello uictis fi
nitimis, non quaſi ſeruis abuſus eſt, ſed romā migrare
coactis, oppidis eorū dirutis, idē oīno ius pſtitit, quod
& ciuibus ſuis. O uirū magnū, qui naturali īgenio pdi
tus lōge melius, quā ratiōe, iperia ſeruātur, creſcunt, p
durāt, puidit, q̄ doctus Plato. Plato ſenex, mores & i-
ſtituta patriæ negligēs, noua, in audita, īcredibilia, re
pugnantia excogitabat, quæ à nullo ſuſcepta populo
ſunt. Romulus iuuenis apud fauſtulum ruri educatus,
priſcæ cōſuetudines græciæ repetēs, uniuerſum terra-
rum orbē legibus tādē ſuis ſubiecit. Ille græcus mores
græciæ īſtitutaq; negligebat, hic aliena exēpla, nulla
motus īuidia ſequebatur. Ille pegrinos eorumq; filios ī
urbe natos ex urbe inique, atq; ihumaniter pellit, hic
ſupatos etiā hoſtes, & iure gētiū in ſeruitutē redactos,
nō libertate ſolum humāiter, ſed ciuitate, quoq; ſumma
ex benignitate donabat. Iure igitur toti orbi Romulea
iura iperitarūt, Platonis leges ne glebulā qdē unā ubi
hærerēt, repire potuerūt. Verū ne qs hæc me orationis
curſum ſequētē, nō cōſilio ſcribere credat breuiter exē-
plo Romuli poſtea uſam urbē Romā fuiſſe, & ea ex re
maxime coaluiſſe cōmemorabo. Quis neſcit regū tem-
pore traquiniū Priſcū Romæ, nō ut aduenā, ſed ut ci-
uē cū ſuis oibus receptū, urbis quoq; regnū, iuſſu popu
li fuiſſe aſſecutū? quis ignorat Claudios romam profu-
giſſe, protinuſq; in ordinē patritiū cōſulto ſenatus aſcē
diſſe? Vrbē unā in Italia cōdidit, Romulus & roma-
ni cōſilia eius & mores ſecute totā Ytaliā urbē unā fe-
cerūt. Oēs eni Itali tandē ciues Romāi fuerunt. Quod
Cycero iter alios maxime pſpicuū facit, reuocatū enim
ſe ab exilio totius fuiſſe Italiæ cōſilio ſcribit, cū à Gneo
Pōpeio toti ſignū Ytaliæ datum fuerit, ut ad ea oēs p-
ſto adeſſent comitia, de qbus de reducēdo Cycerōe a-
gebatur, de Italia dico, multæq; eni urbes græciæ, mul

tæ hiſpaniæ ciuitates romano more potiebâtur. Decla
rat hoc Cicerõis pro Archia oratio. Cũ eni utrũ ciuis
Romanus Archias eſſet ageretur, eo à Cicerone ciuis
fuiſſe Archias cõprobatur, quod in ciuitatẽ Heraclien
ſem eſſet aſtrictus. Parua dico & prudẽtiã, atq; liber-
tatẽ Priſcorũ romanorũ uerbis deprimo meis, quod ſit,
quoniã rẽ tantã oratione aſſequi nequeo, nã quid, aut
de Italia, aut de græciã, aut de hiſpania loquor, totus
terrarũ orbis romanis ſubiectus in ciuitatẽ fuit rece-
ptus, quis hoc aſſerit? immo qs negat, niſi penitus igno
rans, ingratus, atq; inuidus? Octauianus qui primum
auguſtus cognominatus eſt, legẽ tulit, ut orbis terrarũ
deſcriberetur, deſcriptio autẽ ciuiũ erat, ciues eni erãt,
qui cẽſebãtur, cẽſebantur autẽ nõ facultates ſolũ, uerũ
etiã capita ciuiũ, quos & capite cenſos appellabant ii
erant, q nullum aliũ cẽſum, niſi ſola capita patriæ dare
poterãt, horũ recẽſus, ac in libris publicis digeſtio, de-
ſcriptio ꝓprie uocabatur. O diuina illorũ hoium inge-
nia, o cœleſtes aios, o mẽtẽ, qua rei pu. ſtatũ, & pſen-
tẽ, & futurũ, abſq; pturbatiõe cõſiderabãt, benignita
tẽ admirer, æquitatẽ, laudẽ? puidẽtiã pdicẽ? totum or
bẽ unã ciuitatẽ fecerunt, cur? ut & opes creſcerẽt, &
diutius impiũ pduraret. Cũ oẽs romano iperio tãquã
ſuo afficerẽtur. Nõ eni decretis hæc ſolum, ſed re quoq;
ipſa fieri uidebant, nam & Traianus, ex hiſpania Ro
mæ impauit, & ſenior Theodoſius poſtea, etiã ipſe hi-
ſpanus impium optinuit. Maximinus ſcyta, multiq; alii
aliũde, ſicut fœlicitas, & uirtus eorũ tulerat, hæc ſola
præ cæteris ratio, ꝙ neminẽ peregrinũ putabãt, ꝗtũ
ego aſſequi poſſum, orbi terrarũ romanũ iperiũ adequa
uit, hæc ſola diutius cõſeruauit, extaretq; adhuc i il-
lo culmine, niſi in ſeipſum cõcidiſſet. Nõ enim externis
bellis, ſed domeſticis piit. Ita donec uirtuti cõmuniter p-
mia ꝓponebãtur, quia nemo ſe magis ꝗ; ciuitatẽ ipe-
rare malebat, prævalidas impium uires aegrebat, cũ
uero quiſq; ſibi dignitates, & iperia cupe cepiſſent, oia
corruerũt. Idipſum græciæ quoq; accidit, nã quouſq;
hoſtes cõmuniter inuadebãt, magni atq; pclari erãt,
nec Darius, nec Xerſes, nec qſquã alius ſupare greciã
potuit. Cũ alio lacedemonii. Alio athenieſes, alio coryn
thy reſpicere cepiſſẽt, cæteriq; ſimiliter, alteri a'teros,
Platonis prudẽtiã forſan ſecuti (nã hæc ſuo penè tẽpo-
re pulularũt) non ut ciues cõplectebãtur, ſed elato, ut
pegrios, ſupcilio aſpiciebãt, ſerui ex dominis facti pe
truerunt. Quid uetera nimiũ colligo? quãta Turcorum
potẽtia ſit oẽs uidemus, hæc tẽporibus nostris nimiũ
creuit, eſt ne apud eos differẽtia iter Italũ, aut græcũ,
aut Scytham? dicã minutius, eſt inter theſalũ & epiro
tã, aut thracẽ? nulla oino. Nec illa quidẽ, quæ apud
nos pmaxima eſt. Libere, hic eſt ſilaus dicimus, ille ſer-
uæ, hic ex nobili hoie natus, ex ignoto ille, ex ciue hic,
ille ex pegrio, Turci nõ ſic, ſed oẽs ita dicũt hoies eſſe,
ut nullã differentiã inter hoiem & hoiem faciãt, niſi
uirtutis, ad uirtutẽ autẽ reducũt etiã ipietatẽ ſuã, ita-
q; nos tanquã ipios pſequuntur, & nos hac ratiõe ſolũ
iure ipſos odimus, hæc nõ ideo dixi, quia nulla prorſus
apud ueteres nobilitatis, & ignobilitatis exiſtimatio fie
ret, ſed quia maior uirtutis. Nõ eni ſum neſcius, nõ pa-

rum priſcis tēporibus, itēr patricios & plebeios romę
iterfuiſſe, ſed ea differētia ſeditionis, magis fuit q̄ȝ gene-
ris, ſatis mihi ſupq; eſt, illos ſemp̄ populos plurimū ua-
luiſſe, apud quos etiā ſi fortunarū diſcrimē exiſtimaba-
tur, uirtus tamē oībus p̄ſerebatur. Sed has ſtultitias no-
ſtras deus, quāto ſibi ſint odio, ide meo iuditio maxime
oſtēdit, quod iā multis ſæculis ſeruile īperiū in egypto,
Iudea, Syria, Latę ac opulētę ad recognitionē noſtrā re-
gnare p̄mittit, nemo enim ibi honores, nemo dignita-
tes, nemo iperia cōſequitur, niſi ſeruus reipſa ſit, idq; le-
ge apud eos ſancitū eſt. Mirabile hoc, nec alias unquā
factum, ſed illud etiā adde, quod opes Europæ totius,
eo quaſi nobiliores melioreſq; cōguntur, ut uel hac
turpi cōfeſſiōe reſipiſcamus tandē & nos hoīes eſſe na-
tos cognoſcamus. Quorſum hæc tā multa de p̄egrinis,
cæteriſq; hoīum fortunis? ut apte pateat Platonis leges
plurimū hoībus obfuiſſe, offuturaſq; magis, quia nimi-
um apud nos poſſunt, nō eni p̄egrinorū modo & ciui-
um diſcrimina facimus. Sed nobilium & ignobiliū diui-
tum, & pauperū, legitimorū, & nothorū, ſæcularium
& clericorū, monachorū, & cōiugatorum, urbanorū,
& ruſticorū, opificū, & mercatorū, militū, & laudabi-
li otio q̄eſcentiū. Horū eni oīum eā differētiā facimus,
ut quiſq; ſui ordinis ſolos hoīes putet, cæteros hoīes
quaſi i piſtrinū dedat. Virtutis & uicii nullum p̄ſitus,
fit diſcrimē. Itaq; uirtus oīno periit, nulla marīu uirtus
(uirorū eni modo pudet pigetq; dicere) nulla mulierū
cognoſcitur, nulla iuuenū, nulla ſenum, nulla igenii, nul-
la tarditatis, quæ ſaltē, quia naturales ſunt cognoſci

acutius deberēt, nullā iter uirtutē dixi, & uitium diffe-
rētiā, in his p̄ditis tēporibus fieri. Vtinā, ita eſſet, ma-
gna eni adeo ſit, ut maior fieri nō poſſit, nā quis nō ui-
det audaces tabulas adulatores, temerarios, mēdaces,
ſcurras, ſuſurrōes, fraudolētos, lenones, calumniatores,
īpios in deum, ipios in patriam, ipios in parētes, ac ſu-
os, & ut uno uerbo dicā oēs, in quibus nihil humani-
tatis eſt, quauis uirtute p̄ditis, oībus lōge anteferri, im-
mo illos hoīes, hos beſtiolas, & re & uerbis haberi, q̄
res publicarū rerum, ruinæ cauſa unica eſt, quod cum
neminē fugiat, oēs tamē p̄turbatiōibus uicti, & par-
ua cōſuetudine occupati, aliter faciunt, multiq; ſicuti fa-
ciunt, ita etiā taciti ſentire uidentur, nōnulli quāuis re
multitudinē ſequuntur, uerbis tamen ueritatē prædi-
cant, ſolus Plato charitatis inter hoīes uinculum hor-
tādo, p̄cipiēdo, legibus cogēdo, quātum in ipſo fuit,
abrumpit, ſeruis cultū agrorū dat, nec libertos unquā
in ciuitatē, aſſumit, quod apud ueteres uulgo fiebat
peregrinis opificia, ciuibus arma, muſicā, uenationes
largitur, at muſica neſcio ſi multum ad arma cōducit,
Agriculturā ſcio, & rei familiari nō parū, p̄deſſe, &
rei militari multo magis, q̄ȝ uenationē cōferre, nā & ro-
bur corpori, & fortitudinē aīo p̄peſſiōe laborum conti-
nua p̄ſtat, ſoli enim agricolæ frigora, & æſtum, & ine-
diam, & ſaturitatē, uigiliam, & ſomnos duros p̄ferre
ab infantia ſoliti ſunt. Quare cum nati una cum labo-
re uideantur, nullum genus hoīum ad militiā, quæ ma-
gnos cōtinuoſq; labores deſiderat, accōmodatius inue-
niri pōt. Quod ita eē romanorū hiſtoria re ipſa docet.

Nam uſq; ad deuictum Perſen macedoniæ regē milites ex agris cogebantur. Quid dixi milites? miniſtri erāt, uiatores ab ipſa re appellati, q creatos à ſenatu imperatores ad urbē ex agris, & ad īperiū reuocabant. Itaq; illi, qui ex aratro, & ſtiua uel ex duris ligōibus ad ductitandos exercitus pficiſcebātur. Illuſtres ſæpenumero triūphos de hoſtibus reportabāt. Plato autem quaſi aliquid uile, rē tā fructuoſam, tā utilem, & uſui militari accōmodatiſſimā ſeruis cōmendat, & ciues uenatum uertit, poterat utrūq; imo debuerat, diſtinctis ex dignitate rerum temporibus ciuibus cōmittere, nūc autē optima peſſimis, mediocria optimis, neceſſaria alienis diſtribuit, uel potius hæc poſteriora, nullis oīno, peregrinis enim, quibus iſta miniſtranda digerit, & liberos eorum ex urbe pellit fœlice, atq; ppetua.

Quod ueluti ueſanis minimam, & pauperem ciuitatē, & publice, & priuatim īſtituit.

QVam uidemus, q; magnam opulētiam facit, ſæpius enim repetit, & maxime in ſexto nolle ſe maiorē urbē, q; focorum milium quinq;, & quatraginta. In ſexto quoq;, cēſum quadriparti to diſpartit, & maximum quatuor minarum ſtatuit minimū unius, duobus mediis, duos medios numeros adaptauit. Nā equalitatē externorū bonorū, facere tanquā īpoſſibile fugit, īequales igitur facit duplo, triplo, quadruplo, credo ipſum ex potu, quē primi duo libri īfluxerūt ſomniaſſe illā uim his numeris eē, quæ ciuitates ppetuas atq; fœlices cōſtituere poſſit, maiorē tu nō uis urbē? lege q; iubes, ut ſi ūquā pauciores, q; quinq; millia foci repiantur, ad numerū q; primum fieri poſſit reſtituantur, ſin maiorem in numerum tendant coloniis aliiſq; modis qbuſcunq; pro tpe uidebitur, multitudo emittatur, ita rudis eſt atq; ignorans, rerū humanarū? ita uerbis ſolummō inſudaſti? es nullo pacto ſentire potuiſti? oīa Plato quæ ī elemētari hoc mundo naſcuntur, ruūt ad peius, nec cōſeruari diutius in ſtatu ſuo poſſunt, res naturales fluxu refluxuq; materiæ, q; diu uigeāt, qs non uidet? Quarum res certe naturā, imitatæ breui tpe florent, cito pro cōditiōe ſua, relapſæ marceſcunt. Quare oportet cū ſingulos, tū maxime ciuitatem uniuerſam, ad maximum ſemp niti, ut poſſit diutius pmanere, nā quēadmodū robuſtiora, cōſtantioriſq; cōplexionis, corpora, maiore ui munita, diutius plerūq; durant, ſic ciuitates, imo multo facilius atq; tutius, quo maiores, potētiores, opulētioreſq; ſunt, eo uel ſola ſui authoritate ſuſtentatur, robuſta eni corpora, non nunquā grauius, exterioribus cauſis, leduntur, urbes magnæ, tū uiribus tū authoritate hoſtes territāt, ſed īteſtinis dices bellis, maiores facilius q; minores cadūt, imo cōtra, & alieno & domeſtico facilius hoſte ī puluerē puæ urbes rediguntur, maiores & alienū tū opibus ſuis, tū ſola plerūq; opiniōe ſupant, & à domeſtico non oīno pereunt, nā ſicut longioris uitæ aīalia, longo tpe creſcunt, longo cōſiſtunt, longo refluūt, ſic ciuitates magnæ, & increſcendo & in conſiſtendo, & in declinando lōgiora tēporum interualla ut pluri

pnum flagitant. Tutantulā urbē, oībus hoſtem, qa no-
uis moribus inſtitutā, oībus inuidioſam, qa nouis legi-
bus fundatā, oībus contētam, qa paruā, duraturā pu-
tas? deīde ſi pecunia in neruos rei pu. cōuertitur, qua
pecunia urbē tuā tu uallas? nullā prorſus, mercaturam
eni penitus extermīnas, unde & publice uectigalia &
priuatim opes multiplicantur. Ciues tuos ꝑ aliena op-
pida, uagari non poteris, unde ingentes eis poſſint con-
quiri diuiciæ, milites alieno populo, nō concedis, ut ea
re uel merendo, uel aliena rapiendo ditari queant, bel-
li remotiora inferre, nec uis, nec ſi uelis potes, nā id ma-
ximarū & opum & urbiū opus eſt, uictua, tibi formida-
re fugereq; neceſſe eſt, tuæ paucitatis paupertatiſq; con-
ſciū, in qua tamē rerū atq; hoīum inopia tutari poſſe,
urbē quā condis rei militaris pericia credis, quaſi poſ-
ſint ſtrenui eſſe milites q nunquā hoſtes uiderunt, niſi
forte ue ſerpētinis dentibus fabulæ, ſic tu uerbis arma-
tos ex terra milites poſſis ꝑducere. Tictis exercitationi-
bus plurimum gloriaris, nec intelligis, nō aliter hac in
re fieri, q̄ in cæteris artibus, nā ut nec medici, nec ora-
tores, quāuis ii declamando, illis in ꝑcipiendis egrota-
tionū medicamentis, longo ſe tpe, ac diligenter exercue-
rint, præclare dicere aut mederi queūt, niſi alteri uer-
ſas ſæpius cauſas egerit, alteri egrotis ipſis aſtiterint,
ſic milites nullū gloria dignū, facinus aggredi, aut effice-
re poſſunt, ſi ſemꝑ in arena colluctantur, nec unq̄ in-
ſtructas acies uiderint, nec cū hoſte conflixerint, nec
oppida oppugnauerint, nec inſidias, aut poſuerit, aut
effugerint, ſed ſemꝑ quaſi ludentes exercentur. Vide
q̄tum hæc diſtent, noibus uulgo diſſeparata ſunt, quæ
tu eximius in ferendis legibus author, acutus in diſti-
guendis rebus magiſter, ſummus in explicandis agmi-
nibus bellorū adminiſtrator, unū ac idē, re ipſa putas.
Milites eni hii ſunt, q ductu iperatoris ſæpe congreſſi
cū hoſtibus, ſeruatis ordinibus pugnarunt, quiq; oppu-
gnare, expugnare caſtra, urbes, caſtella, ꝑiculo didice-
runt ſuo, qui uero domi ſe exercent, gladio id faciūt,
gladiatores, ſi ceſtu pugiles. Illud ridiculū, quod inci-
pieti urbi, tu ſtatim ſeditionum ſemina legibus inſeris,
nā cum ꝑ magnā inequalitatē cenſuum facias, eamq;
immobilē ac perpetuā ſtatuas, oēm beniuolentiā ordi-
num, & inter ſe & ad rem pu. tollis, qui eni poterit fie-
ri ut inferior in cenſu ordo ſuperiorē amore cōplecta-
tur, præſertim cum certior ſit, non poſſe legibus ditior,
ſed laboribus ſuis fieri, ac ad maiorē cenſum conſcen-
dere, aut q̄uo ditior inꝑpetuū ordo eum q eſt ſempq;
futurus paup ſit, non contēpnat atq; aſpernetur. Rem
pu. uero qs colet, cuius legibus nec ingenio pollet, nec
ſi libentius pericula, ſuſcipiat, labores ſubeat, uigilias,
cæteraq; ardua ꝑpetratur, ad maiora euaſurū ſe ſciat,
primos honores, inquies, & maximos magiſtratus iis
dari ſancio, ſed honores illi ab oībus putantur, q emolu-
menti aliqd, afferunt, tu nihil argenti, nihil auri, nihil
ueſtiū aliarumq; præcioſiſſimarū rerum, hēri priuatim
permittis. Apes credo admiratus, ad rem pu. earū ope-
ra traducis, ſed ille non cognoſcunt, quos ꝑcrearunt,
nos cognoſcimus. Ille futura non cogitant, nos ex futu-
ro pendemus, ac ideo nobis ac noſtris, ad longiora tem-

pora, ꝓſpicere ſtudemus. Stulti hoc eſſe dices, illud prudentis, ego hoc hoīs eſſe ſcio, illud uero aut ſtulti aut altiore ꝙ humano ingenio præditi. Appetitu quodā concitantur hoīes, Plato ut ꝙ maximas poſſint opes & ſibi & liberis ſuis parent, nā cū hō aial ſit ex corpore atq; aīo cōpoſitum, corperi etiā cōmoda ſua, legum latores tribuent, niſi deſipiant. Itaq; natura duce natis liberis creſcit animus, & multo maior ad rem gerendā efficitur, quod ſi nec nobis nec noſtris ꝓuidere licebit, ſi labor noſter priuatim quoq; nō cōferat, deiicitur animus atq; effeminatur, & tandē in fucorū naturā redigitur, nō ergo hic appetitus, euellendus radicitus eſt, nec enī pōt, nec deglabrandus animus à priuatæ utilitatis cogitationibus, nec enī quicquā proficies, īpoſſibilia iubēs, nec ſi poſſibilia eſſent, cōducibilia etiā eſſent. Tēperanda igitur rōne iſta ſunt, non oīno prohibenda, hoībus, liceat cuiq; liberis ſuis & ſibi undecunq; facultates cōquirere, mō non rapina, nō furto, nō fraude, ac oīno non turpiter rē familiarē augeat, quid turpe, quid honeſtum ſit in primis legis lator, non ingenere ſolū diffiniat, uerum ēt in ſpetie numeret, atq; diſtinguat, ciueſq; non magis uerbo ꝙ opera, ius ſingulorū tenere, cū honoribus hortetur, tum ſupplicijs deterreat, hoc pacto nec opes ſingulorū nimiū excedent, ingens enī pecunia non facile, abſq; ſcelere ſolet accumulari, nec ullus ab induſtria, quæ aīos hoīum excitat, maioreſq; facit, legibus unꝗ reuocabitur & ſi ſimul ciues tui à turpi actione deterrebuntur, & ad recte agendū honeſteq; uiuendū toto aīo cōuertentur, nam ea quidē

quæ tu ſcribis, non mō uana, inutilia, īpoſſibilia, ut dictum eſt ſunt, uerū etiā ſi altius conſideres, mortē hoībus laqueūq; fabricantur, oēs enī qui gladiū in ſe ipos ſtrinxerunt, deſperatione id fecerunt. & quicunq; in deſperationē impelluntur, quoniā nihil habent, quod ad uitā eos inuitet, mori potius optant, ꝙ uiuere. Nā ſicut aīalia bruta, praſentiū rerum phantaſia uiuunt, ſic hō rerū futurarū ſpe in uita ſuſtentatur, eſtq; hoc ſibi ſic propriū, ut non difficilius facias, aut non eē uiſibile aial, hoiem, aut non eſſe ciuile, aut nō eſſe capax diſciplinæ, ꝙ ſpem, ab eo penitus tollas, quod ſi enī horum abſtuleris, hoiem ipſum abſtuleris neceſſe eſt. Quare aūt ſpes inſita humano generi ſit, altioris ſpeculatiōis eſt, quā uel tu uel tui ſimiles poſſint, aut intelligere, tua credere, nā tpibus tuis, nec ſcintillā quidē, uere ſpei gentes ſentiebant, ſed totā ſpem ſuā, in caducis atq; inſtabilibus his rebus collocabant, ea in rē cōmunē tota cōferri non pōt, non enī pōt bonū cōmune, ultimus finis eſſe, cuiuſq;. Niſi oēs unius iudicii, eiuſdemq; uoluntatis ſint, quod in hac uita uel cogitare, ſtultiſſimū eſt. Neceſſario igitur oēs qui à uero fine, ueroq; bono aberrant, ꝓprium ſibi q̄ſq; pro arbitrio ſuo conſtituūt finem, à quo niſi turpis ſit, ſi ui legis lator remouet, iniquus atq; īprobus eſt, non ſi ēt ad uerū leges ſuas finē accōmodaret, non enī ui, ſed uoluntatis libertate, ille finis & eligitur, & acquiritur. Quanto igitur iniquior eſt qui à fine quenq; ſuo, ſibi honeſte ꝓpoſito legibus euellit, ſiuē in litteratura, ſiuē in medicina, ſiuē in agricultura, ſiuē in mercatura, meū, ſperoq; inde ſolūmō ho-

norē, emolumenta, quietā ſempiternamq; laudē, bitu-
rum, & tu legibus hanc mihi ſpē tollis, nec intelligis
ſi libertatē mihi abſtuleris, deſperationēq; attuleris, la
queū quo gulā frangā, mihi abſte offerri, ſed pro hac
tua, inges ſpe, quā tu tibi finxiſti meliorē, ego tibi pro-
pono, qd tu hō oīum? non es liber hō, quæ demētia hæc
eſt, non uides, aliud alii ꝓbari, alii aliud iocundū uide
ri, aliud alii triſte atq; acerbū, quæ mihi iocunda ſunt,
nec ullā turpitudinē habent, mihi eripiuntur & quæ
tibi iocunda ſunt, inculcantur, quæ mihi ego bona pu
to, his non licebit frui etiam ſi honeſta ſunt, & quæ tu
bona eſſe fingis iis coactus fruar? iis coactus fruar? iis
coactus fruar? quiſquā coactus? minime, frui eni iocū
di eſt, coactū uero iocundū eſſe non pōt. Præterea ubi
libertas non eſt, ibi iocundū eſſe nō pōt, ſed ubi coactio
eſt, ibi libertas non eſt, ubi ergo coactio ē, ibi nō eſt io-
cūditas, ſpe igitur ſingulorū, īperpetuū ablata, nonne
deſperatio īducitur? ſpē uero nōne funditus euertit? q
mini cenſus ſempiternā fortunā cōſtituit? porro ipſa de
ſpatio, nōne facit ut manus, hō ī ſeipſum cōuertat, nā
ſi ſpe uiuimus, ſpe ablata, qs uiuere uolet? nemo ꝑſus,
ſpem aūt tu & mihi & meis īperpetuū tollis, ſancis eni
ne quis, poſſit maiorē unquā hēre cēſum, eo quē à prici
pio ſortitus, nec ipſe nec aliqs eorū, q ab eo habebūt ori
ginē, ita cum ad maiora non ſinis aſpirare ſperare nō
ſinis. Quare neceſſe eſt, ut aut fugā oēs ab urbe rapiāt
tuā, aut mortē oppetunt, nā mens hois, in eiſdē ſemp
manere contenta in hac uita non pōt, niſi ut dictū eſt,
ad aliā uitā, fide ſe tranſferat, qđ tpibus, tuis ne intel-
ligebatur quidē, nūc à plurimis intelligitur, ſed à pau-
ciſſimis creditur. Quas ob res uide q̄ ꝑpetua futura,
ſit ciuitas tua, quā tamen nullā unquā, fuiſſe non igno
ramus, ſed nec futura unquā eſt, q̄ eſſe non pōt, nā qui
ad maiora hoī gradū non cōcedit, is ſpē tollit, is ad de
ſperationē cōpellit, qui deſperant, niſi effugere aliquo
mō poſſint, mortē ſibi aſciſcunt, tu ad maiorē cenſum
cōſcēdere uetas, tu quos mīmos à pricipio ſtatuiſti, eo
dē gradu ꝑmanere & ipſos, & filiorū filios iubes, & q
naſcentur ab eis, tu nō ꝑmittis, ut uitā ſibi qſq; pro in-
genio eligat, ne ſi agriculturæ inſudare, ne ſi honeſtis
ac neceſſariis artibus uelit inuigilare. Quare aut fuga
ſe oēs à ſimilibus gerris liberabunt, aut in alterutros,
aut qſq; in ſeipſum gladios uibrabunt. Hæc facinoro
ſa monſtra, hæc mōſtroſa facinora, leges tuas ſecuntur,
deīde iactare ſcribereq; audes, nec fuiſſe nec futuras,
hominibus unquā leges, tuis præſtantiores.

## Quod diuinitus illud platoni dictum eſt, optimam rē publica non eſſe ſimplicem, quodq; id ſolis Venetis contigit.

EGo nihil boni eſſe in ipſis contendo niſi ſparſas,
minutaſq; ſentētias, quas paſſim promiſcueq; te
ſcriptitaſſe arbitror, aucupū aut piſcatorū more,
ut eis quaſi eſcaria tuarū turpitudinū hamū hoīes de-
glutiāt, ꝑterquā quod diuinitus mihi dictū uidetur,
optimā rem pu. eſſe, quæ non ſimplex unaq; ſit de tri-
bus quæ uulgo feruntur, ſed ex oibus cōpoſita, ut &

principē unus quaſi regē habeāt & optimā ptātē reti
neat, & populi authoritatē non aſpernetur, nā q̄ unū
tur eſerēdis legibus urbeq; fundāda, ciuitatis gēus ele
git, Is ſi qua ſunt in aliis bona ſpreuit atq; abiecit,
& mala quæ ſunt in ea, quā cæteris ꝓtulit effugere nō
potrit, q uero cōponit ſicut tu ꝑcipis, is facile potrit
cuiuſq; generis incōmoda, cōmodis cæterorū aut oīno
euitare, aut certe inde fugere, atq; debilitare, ſi ad na
turalē rē peritæ leges accōmodabit, quā rē ſoli Veneti,
ſiue abſte ammoniti, ſiue ſuopte ingenio intellexerint,
& uidiſſe & feciſſe mihi uidētur, ad unū eni principē
oīa referunt, qui nō hæreditate, ne ad rē priuatā liber
tas decidat, ſed delectiōe, qui optimus uidebitur princi
patū, ad uitā accipit ſuā, uerū ne poteſtas nimis in ty
rānidē exeat, ut totius ciuitatis, ſtatū, honorē, gloriā, ut
diſtinctiōes tēporū, annaliū, noīa, rerū geſtarū, laudes
atq; memoriā, ut deniq; uniuerſæ rei pu. dignitatē, ef
figiē, maieſtatē ad principē referunt, ita uires pricipa
tus ad decē receſſerūt non oēs, ſed quæ cū ſolius prin
cipis ſint criminū ſuſpitionumq; plenæ repiuntur. De
bello aūt paceq; cæteriſq; hmōi, rogati cōſulunt. Sic. n.
ſenatores appellāt ii optimatū nibil locū tenere uidētur.
Comitia uero ſolus populus habet, non uulgus, nec tur
ba, quæpiā cōfuſa, ſed quorū maiores, aut urbi primor
dia dederunt, aut inſigni uirtute ad gubernacula ciuita
tis, cōſcripti ſunt, nā & in ſenatū rogati, & decē uiri,
pro tpe ſtatui, (nullus eni magiſtratus ꝑter principa
tum Venetiis ꝑpetuus eſt) ab his eliguntur, & ex iis
cōſtituuntur, qđ ſi ad uulgus referes pricipes, ſi ad ma
giſtratus, &

giſtratum, & pricipē, nō minus ā populū appellabis, po
pulū delectum, populū nobilē, populū patritii ordinis,
inde eni eligētes, & ex iiſdē electi ſunt, qui nō electio
ne pura, ſed ſorte, & electiōe magiſtratus ineūt. Sed la
tius hæc referre, nec tēpus, nec ꝓpoſitū patitur. Si ue
ro dabitur otiū, i dio eſt imitari Ciceronē, & ſicut ille
fertur ſex de repu. libros, nō qualis debeat eſſe, ſed qua
lis fuit ā romanis, iſtituta ſcripſiſſe, ſic nos Venetorum
res explicabimus, quæ res, mea qdē ſnia, & Platonis,
& Ciceronis rēpu. poſt ſe lōge reliquet, nā eorū alter,
cum optimā quereret, longe aberrauit. Alter cū roma
nā, ſicut exēplar optime ſibi propoſuerit charitate i pa
triam deceptus, nō optimā, ſed patriā retulit, nā ꝑuali
dū fuiſſe populū romanū, nemo negabit, optimū nemo
cōcedet, quippe qui nec unus unquā fuerit, ſed alius,
atq; alius, in ſingulis fere tēporibus, ā regibus ad cō
ſules, ā cōſulibus ad decē uiros, inde ad tribunos mili
tū, aut ad tribunos plebis, mō huc, mō illuc trāſires i
periū, & ſicut herculea hydra, aliud atq; aliud caput
ꝓmens, tādē i ſeipſam corruit. Mihi uero ſi, dabitur oti
um, idē erit & de optima repu. ſcribere & de Venetorū
repu. referre, quæ ſi ā Platone admonita rerū pu. gene
ra miſcuit, platoni certe nos quoq; gratiā debemus, ſin
ꝑ ſeipſos, ſicut ramos, ita etiam radices excogitarunt,
adhuc eā Platoni gratiā debemus, quæ iis debetur, qui
aliquod boni. uitæ hoīum ſcribentes cōferunt, modo ne
maiorē mala numerū q̄ bona faciāt. Quātū igitur oēs
Ariſtoteli debemus, quātū obligamur, q̄ honorifica no
mē eius memoria, nobis amplectēdum eſt, qui tot, tan-

tiſq; uoluminibus editis, qui nihil repugnãs, nihil ĩ cõ
ſtans, nihil lõge à ueritate remotũ, nihil turpe aut inu/
tile, generi hoīum ſcripſit, ſed oīa naturæ, ueritatiq; cõ
ſona, ideſt uera, & neceſſaria, quãtum ea tẽpora fere
bant, poſterioribus tradidit, cuius de legibus libri (ſcri
pſiſſe nãq; ipſum, nõ dubito) ſi extarẽt, quãtũ prodeſ
ſent, ex iis, quæ de aliis rebus cõſcripta reperiũtur, pſpi
cuũ eſt, nã ſicut diſſerendi artibus, ſicut naturæ ſecre/
tis, ſicut morũ præceptis hoīes iſtruxit, ſic legibus ſuis
munitiores reddidiſſet ciuitates, non enĩ illis fabulas, fig
mentaq; inutilia ſomniaſſet, ſed rerũ cõditione inueſti/
gata, & à pteritis, pſentibuſq; ciuitatibus ratiõe colle/
cta poculis oīa, ut ſolebat poſuiſſet, quod autẽ multa,
tu, his de rebus ſcripſit, teſtis eſt Plinius, qui .lx. rerum
pu. iſtituta ſerie ipſum cõſcripſiſſe retulit. Que res, poſt
librũ de legibus locũ poſſidet, nã ſicut in naturalibus
uniuerſaliora pcedũt, particulariora tanquã exẽpla ſe/
quuntur, quod ipſe ubiq; obſeruauit, & de aīalibus. L.
ut eiuſdem Plinii authoritate cognoſcitur, libros cõſcri
pſit, quorũ plures nõ de uniuerſis generatim, ſicut qui
extãt, ſed de ſingulis ſeparatim fuiſſe neceſſe eſt, ita in
hoc negotio, primũ quod nos optimũ iudicamus, dein
de quod alii fecerunt erat referendum.

Quæ de aīa in decimo de legibus ſcripſit Plato.

NVnc ut turpitudini, & & in cõſtantiæ legũ,
laxamẽti aliqd iterpõamus breuiter, quæ in
libro. x. de humano aīo, aut potius de aīa ſim
pliciter ſcribit, repetãtur. Multis enĩ longiſq; ambagi/
bus, aīam nõ natura mõ, ſed tẽpore quoq; omni, corpe

priorẽ demõſtrare cõatur, demõſtraſſeq; nõ ſolũ ſibi,
ſed multis quoq; aliis uiſus eſt. Hic enim Origenes idu
ctus fuiſſe fertur, ut crederet aīos humanos, & corpo
ribus eẽ priores, & ad corpa iterũ relabi. Hæc igitur
ab ipſo pſtricta ſunt, motũ inquit oẽm, aut aīalẽ eſſe,
aut corporalẽ, corporalẽ loco, qualitate, quãtitate, ſub/
ſtantiaq; partitur, ita octo motus corporeos recenſet,
circularẽ & rectum, denſandi, rarefaciẽdi, icremẽtũ,
& decremẽtũ, generatiõis, & corruptiõis. Aīalẽ bipar
tito ſcindit. In eũ, quo qd ab alio motũ, aliud mouet,
& in eũ, quo quid ſeipſum, & aliud mouet, ex quibus
poſtea colligit motũ, quo quid ſeipſum mouet, primũ
eẽ oīum, & eũ eſſe aīæ motũ, corporeos enĩ oẽs ab alio
moueri, aīa ſolum à ſeipſa, & quod à ſeipſo mouetur. Id
ĩquid ſufficientiſſime prius, & antiquius, cæteris rebus
oībus eſſe demõſtratur, hæc ex decimo de legibus colli
guntur. In thimæo aũt mũdi aīum, his uerbis creat, ce
pit deus de ſubſtãtia iquit, quæ ſemp eodem ſe modo,
ac ſimiliter habet, & de ſubſtãtia, quæ partibus eſt, at/
q; corpea, quibus ptibus icreatæ cõmixtis, ex toto mix/
to unam rectã lineã fecit, quã ſexqualteris, ſeſquitertiis
ſeſquioctauiſq; pportiõibus diuiſa circumformiterq; re
flexa, duos efficit circulos. In hac ſymbolica fictiõe aī
nec ipſe ſe, nec alii ipſum itellexerũt, ſed id utcunq; ſe
habeat, nihil ad ppoſitum, nõ enim hunc locum modo
nos explanamus, ſed pugnãtia eum dicere, atq; ipoſſibi
lia, & ab oī philoſopho aliena oſtẽdere uolumus, nã ſi
aīus modis oībus corpe prior eſt, quõ de ſubſtantia fa/
ctus corpea eſt? Quod enĩ fit poſterius eſt, qͣ ea, ex q/

bus ſit, prior ergo corporea ſubſtātia q̄ȝ aīus eſt, at i le
gibus prior, aīus corpore liquido dicitur. Quod ſi cor
porea ſobſtantia, nō corporea. ſed prima corporum ma/
teria, dici putabimus (ea eni æterna ponit) erit aīus cō
poſitus, ex ea ſuaſtātia, quæ ſemp eadē eſt, & ex mate/
ria corporali, quod nemo mētis nō expers, dicet.

Quod Plato uiris agendi, mulieribus patiē
di præter naturam uim infert.

ITa quocūqȝ uertis, aut pugnantia, aut īpoſſibilia
colliguntur. Sed ad leges redeamus, legē in repu.
ſua ꝓmulgat, qua iubet neqȝ uxore ducta, liberis
ultra decēniū opā det, niſi nō ſufficiēs circa id tēpus na
ta ꝓles fuerit, prolē aūt ſufficiētē ait eſſe, ſi mas, & fœ
mina proceati ſunt, quod ſi aut peſtis multos abſtulerit,
aut iuuētus caſa in ꝑlio ſit, cuſtodibus legū, tunc pro
rogādi tēporis poteſtatē largitur. Quid dicā? unde in/
cipiā? Quibus uerbis tantā legū repugnātiā icōſtan/
tiā, turpitudinē pſequar? Alii oēs legū latores ciuitatū/
qȝ cōditores, ꝓlē ſibi naſci ex terra, ſi poſſet, uehemēter
oportāt, oiaqȝ genera hoīum multis cōuocant modis,
apientes aſyla, aduenas i ciuitatē recipiētes ſi domi ci/
liū in urbe ſoli cōparauerit, ſi ciuē uxorē duxerit, ſi lō
giuſculo tēpore i urbe ꝑmāſerit, hæc eni beniuolētiæ ſi
gna in aliena ciuitatē ſunt, quæ cū uiderit, prudētes
populorū cōſtitutores, ſtati quos uelut hoīes primū re
cipiebāt, tāquā ſuos cōplectūtur, & ciuitate libēter do
nāt, ſolæ Platonis leges, niſi in cōſtitutiōe, primordioqȝ
urbis maiores alicuius affuerūt, pellūt poſt. xx. annos,
tā libertum, q̄ȝ pegrinū, ex q̄bus, ſi qui etiā in lucē ſue
rūt editi quāuis, quoniā ā naſcēdo natura dicitur, q̄ſq̄ȝ
urbis eius natura ciuis ſit, ubi natus, educatuſqȝ eſt, e/
uertuntur tamē tāquā alieni, ac in alia loca, quæ nun/
quā uiderunt iniq̄ȝ ꝓficiſci cōpellūtur. Videamus igi/
tur quas ipſe copias ciuitati pſtabit, quā multitudinem
ciuiū, igenioſus hō, atq̄ȝ optimus ſpuēdo pariet, poſtea
q̄ȝ iquit uxorē duxiſti, noli dare operā liberis ſi ſuffici/
ens, tibi proles, ideſt mas, & fœmina nati ſunt. Niſi de
decēnio. Heæ leges ꝑpetuā ciuitatē, ſotiis auxilio, ho/
ſtibus terribilē reddēt? quō erūt ꝑpetui, aliis, qui ſe tu/
tari ꝑ paucitate nequeūt, quō nō cōtēnētur ab oibus, q̄
bus multiplicari, creſcereq̄ȝ legibus nō licet? uix ætatē
poterit hoīs unius hic populus ꝑdurarē. Nam ſi tumul
tum ſinitimi cōcitēt, quid faciēt tā pauci? quiqȝ milia
ſocorū cōſtituis Plato, nec ſtatutum numerū multiplica/
ri ꝑmittis, & quoniā ſi mas, & fœmina nati ſunt libe/
ros procreari plures nō ſinis, oēs tui ciues quadruplica
to numero, nō erunt plures q̄ȝ. xx. milia. Hic ſi puero
rum puellarūqȝ numerū, & fœminarū ſubtrahis tribus
remotis partibus ſola totius numeri pars, quarta relinq
tur. Quid igitur quiq̄ȝ millia militū faciēt, hoſtibus ob
uiā ibunt? urbi ꝑſidium relinquetur, cōſilia ſenatus, ſo
rū iudices agitabūt, quod ſi eodē ſotii, atqȝ amici tēpo
re oppugnātur, quæ auxilia ſcribentur? an oēs hercule
is uiribus dictu ſuturos tuo putaſti, atq̄ȝ ita tuos mili/
tes ſingulis exercitibus, aciebus, agminibus, ſufficere
credidiſti? qui caſtra tutabūtur, qui aquarum, qui ligna
rum, qui frumētatum ibunt? qui cæteros cōmeatus cō/
uehent? qui cōuehentibus, aquantibus, lignātibus, fru

mentātibus ſubſidio erunt? qui locabuntur in īſidiis?
qui cōſtructa pugnabunt acie? nō ſatis tibi ſuit ad cor
ruptiſſimā hanc urbis tuæ ciuium paucitatē cōſtituen
dam, quod nullū prorſus hoſtem in ciuitatē recipis; qđ
ab urbe, poſt·xx·annos oēs extrudis; nec ulterius habi
tare pmittis? q, nemini cōnubium cū ciuibus concedis;
uerumetiā cōiugatis uiro, & mulieri pcipis, legeſq; ſan
cis, ne poſt decimum annum liberis operā dēt? quid re
ſpōdebis, ſiquis tuorum ciuium hoc te ſermone honeſtiſ
ſimo, & ipſius naturæ legibus idōeo agrediatur? Ego
Plato uxorē ſecūdum inſitas, honeſtas, expreſſaſq; leges
naturæ duxi nō ad procreādum liberos ſolum, uerūeti
am ad fugienda flagitia, ſcelera; qbus ut plurimū, qui
uxores nō ducunt, cōtaminātur; magnus enī eſt ardor
ī hoībus ueneteæ uoluptatis, Vehemētes ſunt carnis il
læ titillatiōes, qbus ad cognitiōes, uel nolētes ipellimur.
Nō abſq; ratiōe Cupido ardentes faces, ignita tela ten
ſum arcum, alatus, pharetratuſq; uolare ad ſingulos, ā
ſapientibus uiris fingitur; quā uim, cum philoſophia,
nō tua, ſed naturæ ipſius, ac honeſtatis, ſupandā hoībus
ratiōe iubeat; idq; faciundum eſſe cuncti fateamur; ſta
tim uxore ducta, oēs amores meos, oēs libidinis ſtimu
los, oīa ueneris fomēta, uxoris charitate confringes.
Idq; natura ipſa duce oībus obſeruandum putabā, nā
ego Plato marē, & fœminā, cum ad procreandos libe
ros, tum maxime ad honeſte uiuendum, nuptiali ſancti
monia cōuenire arbitrabar, matrimoniumq; nō rē hu
manā, ideſt ab hoībus excogitatā, ſed diuinitus datā
& diuinā dicebā. Vide q̄ mirabilis res iure uideri de

bet, uoluptas oīs, & pſertim uenerea, & honeſta max
me inter ſe diſſedent, atq; repugnāt, bellum enī ireco
ciliabile alteri ad alterū dictum eſt, nec honeſtas uolu
ptati, nec uoluptas hōeſtati adherere, cōuenireq; ullo
patitur pacto, ſed alterā, ubi alteram adeſſe ſenſerit, ui
res amittit, & tamen natura, utraq; idigere uidetur.
Venere, ut ſucceſſiōe humanū genus pduret, hōeſtate,
ut nō euagetur, beſtiarū mō, ne ſe penitus carni dedat,
ſed altius oculos erigat, & unde ſit lapſum meminerit.
Preterea qd ex corpe caduco, & imortali aīo cōpoſiti
ſumus, alterum corpus petit, alterū ſtabilis animi ratio
flagitat. O ius matrimōii diuinitus benedictū, o inte
meratā matrimonialis thori ſanctitatē. O inregerrimas
cōnubii uires, uoluptatē, & honeſtatē ſimul caſtitatē,
& luxuriā, corruptionē, & uirginitatē, deus, & natu
ra in eo cōiunxit; nō enī corrupti ſunt, coniugatiq;, q
ſe ſolos ſecundum naturæ leges cognouerūt, ſed ſancti
ſunt, & enī i ipſius ueneris muneribus cōuerſentur, uir
gines tamen reputantur, nō enī corrūpuntur, qui natu
ræ, ac deo parēt, naturæ autē parēt; qui legitime con
ueniūt, nec aliter unquā, niſi legittime, ideſt ſecundum
naturæ leges cōiunguntur. In his ego Plato ratiōibus
īductus uxorē duxi, ā qua tu me poſt ānos·x·ſeparas,
quippe qui nō dare operā liberis ſancis, ego fateor na
turali me quodā ardore, cupiditateq; itollerabili, ad cō
iūctionē itrudi, ſi naturā ſequor creatis liberis legis reus
ſum. Quare tu mihi nunc oro, atq; obſecro, benigne ue
lis opē cōſilio ferre utrum, qui creātur interimēdi ante
quā naſcantur in utero ſint, an cōiunctio aduerſus na

turæ leges, pudet cætera dicere. Vtrum uelim dices,
id enim ex legibus tuis ſequitur, nā cum tria ſint, pri-
mum naturæ obtēperare, ſancta matrimonii iura nō
uiolare, cumq; ſtimulus carnis te perurat procreando-
rum liberorū rore, furorē eius extīguere, liberoſq; ide
letum ſuſcipere. Alterum ut icendium quidē ciuium in-
de extinguas, cōceptos liberos antequam in lucē effun-
dantur in utero iterimas. Tertiū ut natura flagitioſo
facinore abutaris, primū aptiſſime prohibes, de poſtre-
mis duobus nihil dicis, utrumq; igitur cōcedere uide-
ris, immo tertiū etiā iubes, Nā in octauo, antiquiſſimā
Laii legē (fuit eni ante troiana tēpora Thebanus rex
Laius pater Edipodis) qui naturæ depraudatores, igni
pſequebatur, hāc igitur legē, naturæ idoneā, sanctā,
diuinam, tu penitus ſpernis, & opus dei eſſe ais, quic-
q; ad hanc rem cōſentaneum, atq; utile excogitare p-
ſuaderoq; poſſe, deinde quaſi tu deus ſis, qui adinueni-
ſti rem humano, ſcilicet generi, honeſtiſſimā legem his
uerbis promulgas. Turpe ſit nō oīno agere, ſed apte id
agere uxore igitur uti, naturāq;, ac deū ſequi legibus
tuis nō licet, uideo quid uelis, nam hac luce lucidius,
uel uxore abuti, uel puerorū me turpiſſimos cogis amo-
res complecti. Quod tamen tu ſcelus turpe non pu-
tas, ſi occulte agitur, ita honeſtatem, & turpitudi-
nem non in actiōe, ſed in eo quod pateat, aut lateat di-
uinæ tuæ ſtatuunt leges. Quare cū neutrū eorū, abſq;
flagitioſo facinore, fieri poſſe mihi uideatur, cūq; me
hominē eſſe cognoſcā, nec aliter q̄ ut hō uiuere uelī.
Vale uale Plato, uale tu & leges tuæ, tu & phyloſo-

phia tua, quæ aduerſus naturā occulte agere nō putat,
nec conſcientiæ ſtimulis, ſed rumoribus hoīum turpe at-
q; honeſtū, definit, recte in his tibi cōuenis Plato, nam
q pudorē legibus abſtuliſti, cōſentaneū erat, ut cōſcien-
tiæ quoq; dehoneſtare, turpitudineq; iudiciū funditus
euertēs. Vale igitur tu & mores tui, ualeat diuina tuo-
rum inſtitutorū maieſtas, ſimilibus tui hæc p̄dica, ſimi-
libus tui ſcripta hæc tradas, illi legāt, colant, adorēt,
ego cedā atq; abibo, ibiq; patria mihi cariſſima erit,
ubi leges, non hoīum pturbationes, ſed naturā ducē, ſe-
quūtur. Hæc o Plato morū ciuiū aliquis nō oīno depra-
uatus, nec à naturæ legibus procul adhuc doctrīa tua
remotus, nec in præcipicia deturbatus ad te dicet, cui
quid reſpōdere poſſis tu uideas, nos aūt rogabimus ut
cām afferas. Quare ſi mas, & fœmina nati ſint, liberis
ulterius dari operā uetas, affers certe tuo igenio, & pri-
ſca græcia idignā, moribus tuis digniſſimā, pauprimā
enī q̄tum fieri pōt, & ciuitatē publicæ, & ciues ſingu-
los facis, imo ciuitati nihil prorſus tributis ſingulorum
cēſus, nec creſcere nec minui nunquā pmittis minui di-
xi, rem adeo exiguā, ut uix minor poſſit fieri, quatuor
minarū maximū cēſum ſtatuis. Quātum mina ſit illi ui-
derint, q de pōderibus dixerunt, nos te ipm ſequmus &
à uerbis tuis q̄tum mina apud te ualeat nō ambiguo,
cōſequmur ueſtigio, nā ubi de nuptiali ſcribis ipenſa, nō
plures q̄ quinq; pſonas exutraq; parte nuptiali conui-
uio adeſſe iubes, ipēſamq; maiorē, fieri uetas, minæ uni-
us. Per maximū ergo cenſum, ditiſſimis hoibus tributis,
quem quadraginta hoies, ut ex uerbis colligitur tuis,

nuptiali cena recepti ab ſumere poſſunt. Ad hæc quidē quā frugi, paucoq; cōtentā, nec deliciis affluentē ciuitatē erigis, tamen quartā eiuſcæ cenæ cenſus partē ad nuptiarū īpēdium cōcedis, unde tuorū cēſuum ꝑpotenti populo ſufficiens, amplitudo q̄ta ſit ꝑcipitur. Ne igitur ii cēſus, in nihilum diuiſi deuoluātur, ēt ſi plures nati eſſent filii, ſingulis tamē abſte largiuntur, ut ciues ex ſumma pauptate in extremā inopiā nō redigātur, lege itaq; ſanxiſti, non niſi ad annos decē, ſi mas & fœmina nati uiuunt dari liberis operā poſſe. Tu certe Plato nec uſu rerū iā ſenex, nec litterarum monumentis, nec magnarū urbium quæ tunc multæ in græcia, multæ in Aſia florebēt, multæ in Egypto, ubi te peregrinatū fuiſſe conſtat, intelligere potuiſti opibus magis q̄ uirtute iperia parari, & parata ſeruari, nā & ſi alterū alterius auxilio eget, multæq; urbes altero deſtitutæ deciderūt, uidemus tamē diſſipatis opibus, citius ciuitates deſeri, q̄ ſi ex uirtute in oppoſitū, laberentur. Tu uero ſimul ex opibus & hoīum multitudie populū priuas, & paucitatē ciuiū, pauperiē timens ſummope laudas. Quid dicis? Vbi multitudo eſt, ibi opes decreſcunt, minime ꝑfecto, ſtrenuā enī multitudinē, copia rerū oīum undiq; ſequtur. Quodq; mirabilius eſt, uix ēē pōt multitudo nō ſtrenua. Teſtātur apes quæ alueis plenis ? diuina opa, mel & cera cōficiūt, cū pauciores ſint aut aluearia pētus relinquunt, aut otio & ignauia cōtabeſcunt, formicarū quoq; genus ut multitudine floreſcit, ſic paucitate reſtinguitur. Quod ſi hoc in exptibus rōne duce natura ſit, q̄to magis hoībus accidet, q cōſulere, hortari

rogare, ac, dōcēq; ſuo alter alterū exēplo inflāmare pōt. Magni ēt populi & i medio mari, neſcio q̄uo, ditantur, & in cacuminibus montiū, in oibus undiq; affluunt, & in peſtiferis paludibus incolumes florent, infœcūdi quoq; agri, multitudi, fœcundi reddūtur, fœcundi pauci in infœcunditatē uertuntur, q̄tas copias in regiōe tenuiſſima, ꝑclariſſima urbus Athenarum habuit, q̄tas Corinthus in altiſſimis montibus, q̄tas Mēphis, q̄tas egyptiæ, Thebe, quātas paulo poſt Roma? ueterã cōmemoro quæ tibi uera ſunt, nobis fabularū uim atq; naturā poſſident, qbus diuiciis hodie florentiſſima Venetiarum ciuitas, quāuis in mediis paludibus, hitet, redundat? qbus Adrianopolis, quibus Carræ iperii ſeruilis in egypto ſedes? At hæ oēs maximæ urbes innumerabiliū hoīum ſunt. Oēties cētēa milia hoīum, Carris hitare ferūtur, & tamē tanta oīum rerū copia ē, ut uiliſſima eē cuncta uideātur. Tu paucitatē miraris, ne ſcilicet inopia ciues tui laborent, ego inopiā paucitati adherere uideo. Tu rē familiarē ꝑrexiguā facis ac ideo liberos ꝑcreari non ſinis, ego multiplicata mulierū fetura, & rē familiarē creſcere, & ciuitatē ampliorē, potētiorē, locupletiorēq; fieri oculis cerno. Hæc Plato, non eo latius dixi q̄ putē, uel multo maiora te ingenii acumine aſſequi non potuiſſe, ſed q̄d uitio animi & mētis atq; corpis nefaria libidine ꝑſſum, uel his aptiora nō uidiſſe contēdā, nā ſi uidiſti, eloquētia tamē tua legētiū mētis aciē ꝑſtringere poſſe ſpaſti. Quid enim? ſubdis? ſi tumē uel peſtis iuuētutē abſtulerit, uel hoſtis internitione cæciderit? cuſtodes legum, ꝑlē liberalius pro crea

ri pnitteant, Finge nunc Plato iuuẽtutẽ ab hoſtibus cæ
ſam & uictores hoſtes, irruere, utrũ ad effeminatẽ ani
mum uenerẽ, an ad moenia cives qui reſtant cõuocabi
mus? ad moenia ut & res cogit & ego ſentio, ut tu ad
uenerẽ, cur? ut procreata ſi ples, ab irruptione hoſtiũ
nos defendat, qd garris? cæreis cæreis medius ſidius,
militibus ſi hoſtes poſſent repelli, tamẽ nõ expectaſſes
iuuẽtutẽ antea cedi, deinde cereos fingere milites, ſed
ut parati eſſent longe antea fictos depoſuiſſe. Naſcitura
uero poſtea multitudo qd nũc proderit? cum uel mõ edu
cãtur uix in altera ætate arma rite poterit ferre, hoſtes
ad ſunt triũphantes, quid faciemus? quo pacto ſeruitu
tẽ fugiemus, an hoſtes rogabimus ut expectẽt? donec
nobis iuuẽtus cõcipiatur, naſcatur, educetur, donec mi
litiæ ſubire munera, donec armata in eos inſilire poſſit?
uere uere Plato cives, tui dicere poſſunt, ad nefariã ab
ſte uenerẽ, abuſionẽq; uxorũ, oẽs impelli, ad hoc enim
turpiſſimũ libidinis cõmertium, calamũ, linguã aĩum,
totũ te accõmodas. Quod ut aptius fiat, legite queſo di
ligenter quæ in calce ſexti aut repetit, aut cõſcribit. Vi
dit eni uir his in rebus, acutiſſimus, non mares ſolũ, ut
turpiter agant eſſe cogẽdos, uerũ ẽt mulieres, ut ppe
tiantur. Viris necesſitatem, agendi attulit, cũ ultra deci
mũ mare ac fœmina natis, dare liberis operã ueter, nã
ſi naturã ducẽ ſequatur cõceptis, filiis, refelli crimen nõ
p õt, mulieribus uero uideamus nũc, qua pbitatis ſimu
latione pferendi, neceſſitatẽ intulit, maiorẽ natura fœ
minarũ generi uel modũ uel pudorẽ impoſuit q̃ mari
bus. Itaq;, pudore occultius attrito, mõ ſe putent aliqd,

existimationis retinere mortẽ, potius optent q̃ crimĩa
ſua, in populũ edent, id cũ tu probe noueris, matronas
deligis qbus uirorũ furor, q alio aĩum incẽdunt q̃ in
ſacris nuptiarũ iubetur, ab uxoribus nunciẽtur, has ma
tronas inſtituis, ut & monendo & minando ſceleratos
uiros ab errore ſuo reuocare conentur, & ſi nequiuerit,
ad legũ cuſtodes deferant, eos uero ſi ter monuerit, nec
quicquã effecerit, populo rẽ totã acriter atq; criminoſe referre iubes, ſcriptis illũ atq; illũ noĩantes. Quæ mu
lier Plato rẽ huiuſcemodi ſuã afferri ad populũ uelit?
prorſus nulla, hac ergo lege non uiros a facinoroſo fla
gitio reuocas, ſed mulieres ferre ac ppeti cogis. nã ſi a
tanto furore noluiſſes quenquã reuocare iudicibus, con
feſſione mulieris ſecretius ſcitu, ueritatẽ eculeo quere
re iuſſiſſes, & cognita re ſupplicio, naturæ hoſtẽ publi
ce quidẽ cã dicta, noĩe aũt ſilentio tradito, q̃ maximo
poſſes afficeres. Tu uero quid facis. Legite quæ ſequũ
tur obſecro. Quicũq; multis Platonis aduerſus naturã,
inſidias cognoſcere, non eni uult ut populi ſententia tã
ti reus criminis, extrema patiatur, ſed agitari eam in iu
dicio iubet, & ſupatum & infamẽ eſſe & nuptiis pro
creationiq; liberorũ, uacare impoſterũ non poſſe. Primũ
mulierẽ ĩfamia q̃ maxima põt excogitari dedecoreq;
ppeti cogit, deinde, fine exituq; iudicii adeſerendo de
terret, nã nequa uel ignominia atq; dedecus, uindicta
dedignata quereret, nullo cõdẽnato ſuplicio, ſed ſola in
famiæ nota, Plato afficit. Poſtremo ita condẽnatũ ponit
ut ad ſcelus quo fuit cõdẽnatus ĩpellat, ſupatus.n. in
iudicio ait infamis ſit, ne nuptiis pcreationiq; filiorũ

uacare amplius poſſit, Infamis quidẽ ſcd̃m te ipſũ Pla
to, nec in militia, nec ĩ nullo rei pu. munere admittitur,
otioſus ergo, ſicut ipſe optabat, ſedebit, otii uero nulli
magis rei q̃ꝫ ueneri ſeruit, nã ſi q̃ ætate floret, iuueni-
les cogitatiões negotio non frangit, nulla libidinẽ eius
poterit rõ refrẽare. Huic otioſo uiro ꝑditis moribus cõ
ſuetudine deprauato, uacare nuptiis, ꝓcreationiq; filio
rũ, legibus tuis nõ licet. Quo igitur ĩpellitur Plato? quo
inquã ĩpellitur? certe otiũ mores, cõſuetudo, ueneris cu-
piditate adeſcunt, nec ferre poſſunt, q̃d igitur nepos fa
ciet ardens, ad mulierẽ quãpiã cõfugiet? At nouæ ſibi
nuptiæ nõ cõcedũtur, Primã rogabit, ut eũ recipiat. At
liberos ꝓcreare non licet. Quo igitur neceſſitates ſibi
natura inſitas, cõſuetudine auctas, otio inflãmatas.
Vxorẽ denuo ducere non põt, priã rite uti uetatur, ne
ceſſario igitur, ad hoſtes naturæ mulieres aut pueros re
fugiet. Qui eũ quoniã occulte ĩſtitutis tuis, agere licet,
libẽter uidebunt, ita & mulieres dedecora ꝑpeti cogit
Plato, nã ſi qua notã ſubire publicã, q̃ꝫ adeo contẽptã
uiuere malit, eũ ẽt deterret, facietq; ne ignominia nota
ri turpiſſima uelit, ſola ſpe ĩ certioris, in iuditio uicto-
riæ, quæ ẽt. ſi certior eſſet, nullã ſpretæ ſpurciſſimæq;
ꝑtractatæ, uindictã afferat, & uires tũ otio, tũ nouarũ
nuptiarũ priuatione, ad neſariam uenerẽ conuertit.

### Quod platonis ſcripta, præcepta, inſtitu[illegible]
### [illegible]tu græciam perdiderunt.

HEc de legibus ſparſim confuſeq; dicta, ne aut
turpitudo ipſarũ aut repugnãtia rerũ, aut au-
thoris incõſtãtia lateat breuiter, & ſicut ſors
detulit ſumpta ſunt, ſed ex his reliqua quæ Plato ſcrip
ſit, uel hmõi eẽ credãtur, uel ſimilia. Ex animi trutinæ
q̃ꝫ ſubiecta, qualia ſint ꝑitos nõ fugiant. Licet ex his
uitã, mentẽ, aĩum Platonis in lucẽ adeo ꝓuocatũ putẽ,
ut nihil ꝑterea quærẽdũ eẽ uideatur. Quã q̃dẽ de re ni
hil ſcripſiſſem, nec negotiũ hoc mihi aſſumſiſſem niſi
timerẽ, ut occidẽtalẽ quoq;, & eccleſiã, & ĩperiũ ſicut
orientale, radicitus platonici & Platonis ſcripta euel-
lerẽt. Sed uetera repetẽs, & quæ nuꝑ acceperũt cõſide
rans, uereor, ne ꝑnities chriſtianiſmo ide inferatur, nã
q̃ꝫ pudici, q̃ꝫ ſancti, quantũ ue caſti mores græciæ ante
Platonẽ fuerint, oĩs hyſtoria, oĩa priſcorũ inſtituta, uni
uerſa poeſis una uoce p̃dicat, canunt profecto poetæ,
multas ſæpe puellas, ne uel a diis amatoribus deprehẽ
derentur, optaſſe, ut uel hyatu terræ abſorberẽtur, uel
in ſaxa arboreſq; mutarẽtur, potius q̃ꝫ deprehẽſæ diis
ꝑſequẽtibus pudicitiã traderẽt, Laiũ Cadmicarũ, The
barũ regem, atrociter ipſe Plato turpes puerorũ amores
inſecutũ fuiſſe ſcribit, eũ Draco priſcus, athenienſium
legũ conditor ſuperauit. Is traditur oĩa delicta ſangui
ne lui uoluiſſe, unde ſanguine, Draconis, ſcriptæ fuiſſe
feruntur, eas Solon mitiores reddidit. Sed ſpurcæ uolu
ptatis naturæq; inimicæ ſupplicia non leniit, ꝓditum
quoq; memoriæ eſt, nunquã uſq; ad Platonis tẽpora,
liberos ſe cũ parentibus, lauiſſe, credebãt eni authori
tatẽ parẽtium nuditate corpis, lędi, plura de moribus
priſcæ græciæ, poſſem referre, ſi hyſtoriã ſcriberẽ, plu-
reſq; tã pueros q̃ꝫ puellas mortẽ oppetiiſſe raptas, nec
amiſſa pudicitia uiuere uoluiſſe oſtenderẽ, niſi plenã fi-

miliũ exẽplorũ uetuſtatẽ fuiſſe, nemo aliquãtulũ hiſto
riæ doctor ignoraret. Sed uetus illa caſtimonia parum
ante Platõis tp̄a labi cœpit. Poſtea uero factis, dictis,
ſcriptis, eloquẽtiæq; dignitate ac falſa exiſtimatione le
nocinioq; uerborũ Platonis, corruptores bonorũ morũ
adiuti, & græciã & cæteras partes orbis! p̄cipites i ua
ria multipliciaq; turpitudinis genera dederũt, adeo
ut in multis græciæ ciuitatibus, in multis italiæ oppi/
dis, & in ipſa urbe, roma, turpe putaretur puero ſi nõ
hẽret amatorẽ. Hinc in gallias fluxa ſceleris cõtagio
eo creuit, ut nemo uxorẽ ducere poſſet, niſi q antea lo/
co uxoris habitus fuerat, fertur eni uelociſſimæ luxuriæ
malũ, & mõ inceperit oia late libido inuadit, oia tan
quã igirũ acta p̄luſtrat, & ſicut lõgiora ligna, ſi eodẽ
i loco alterã extremitatẽ reuolueris igẽtes alter orbe
deſcribit. Sic una in regione caſtitas ſpreta, & quaſi
aqua lapide authoritate alicuius turpi p̄mota, ampliſ
ſime reſunditur maioribuſq; ſemp̄ cõplexa circulis, om
nia, niſi acrius p̄uideris nõ antea deſinit q̄ uorticibus
intorquẽs ſuis, in profundũ abſorſerit, principes quoq;
nõnulli, nõ uoluptate magis deuicti q̄ authoritate Pla
tonis freti, uoluptarias leges aptius fundare uoluerũt,
ut nã Heliocaballus. Romanorũ impator meretricis gre
culæ filius, adepto ſuffragatiõe militum impio, primũ
fere oium illud in ſenatu ãbſq; rubore p̄poſuit, fœlices
tum fore hoies, ſe ſemp̄ putaſſe, cum legibus Platonis
publice uiuerent, nec dubitare ſe facile, in hanc fœli
cẽ uitã, totum terrarum orbẽ poſſe reducere, ſi ſenatus
etiã quã uitã domi cõplecteretur, eam ubiq; coleret:
Ad hæc

Ad hæc uerba facta, illico platonica ſunt cõſecuta. Im/
perator eni romanus, & magna ſenatus pars, qui mi/
nis, aut territi, aut largitiõe corrupti fuerãt, nudi cum
uxoribus, cæteriſq; matronis, & uirginibus nudis ſi/
mul lauabãtur, p̄turæ, tribũatus, p̄fecturæ illis offere
bantur, q nudas filias pati, cum ad impatorẽ mitterent,
q̄q; nudi inter nudas cœnare cũ impatore nõ erubeſce/
rẽt. Triẽnio Platonicis legibus orbi uniuerſo poſtribu/
lum roma fuit, & multæ nobiliſſimæ mulieres, atq; pri
mariæ, forma, ætate, genere, in ignobiliſſima ſcorta cõ
uerſæ, ueneri militarũt, ſed ciuitas diutius uiuere tyrã
nũ paſſa nõ eſt, ſimul eni, & illi necẽ itulit, & ſe in me
liores mores reſtituit. Recte igitur author harũ legum
Plato, tyrãno ſibi, ut ex quarto colligitur, ad p̄mulgã/
da, quæ uellet opus eſſe dicebat, ſentiebat eni nullo pa/
cto, ſe poſſe niſi ui recipi, receptũ euulſo ſemel pudore
facile duraturũ, & imitatiõe cæteros quoq; hoies cor/
rupturũ ſperabat. Nulla eni res magis q̄ libido pudore
depreſſo latius ſerpit, nullaq; difficilius retunditur, ſi ſe/
mel ruptis repagulis effundatur. Quod ille nõ ignorãs
i generis humani deprauationẽ, alacrior inſurgebat,
ſed lõgo quoq; tẽpore poſt, romanus quidã imperator,
aut potius leuis græculus, multo melius eſſe dicebat
Platonis legibus, q̄ euãgelicæ uitæ ſeruire, patrũ dei/
de p̄dicatiõibus & pietate populi territus, quoniã con/
ſtantinopolitanæ ciuitati tũc chriſti fidẽ integerrime cõ/
plectẽti laſciuiã ſuã nõ potuit inurere, latiſſima para/
uit atria. Vbi unã iperator, multiq; patritii ordinis, &
matronæ, puellæq; nude cũ nudis ad pilã, platõico mo

re ludẽtes, agilitatẽ .ſ. corpis alter in alterã, aſſumẽdã
è terra pilã flexas iſilentes iocũde, ac iugiter augebãt.
Eo tẽpore Arabes ægyptũ occuparũt. Syriã tenuerũt.
Africã iuaſerũt, multaſq; alias romanorũ prouĩcias ſan
guie italico partas, Platonis ludi exercitatiõeſq; igna
uiſſimis barbaris tradiderũt. Quid plura? his platoni-
corum iſtitutis, græcia bonorũ morũ domiciliũ. Scien
tiarũq; patria, militiæ columẽ, uere in chriſtũ pietatis
certiſſimũ ſpecimẽ, pdicationis euãgelicæ fluuius (nã
& ſi multa in ueritatẽ bella ide orta ſunt, oĩa tamẽ in-
de quoq; ſunt debellata) pietatis columna, fidei robur,
ueritatis pco, religiõis doctria, exẽplar, amplitudo, his
ĩquã Platõis legibus, quo tãdẽ græcia illa redacta eſt?
nã cũ primũ à platonica iperatorũ ipudẽtia, bellũ caſti-
tati, pudicitiæ, religiõi, pudoriq; idictũ eſſe ſancti pa
tres uidiſſent, facile itellexerunt, niſi ueritatis, & caſti
moniæ militum numerus creſceret, oĩa luxu, cito ſore
ruitura, Itaq; priſca cõſuetudine, qua eccleſiarũ præſi-
des, quos epiſcopos, archiepiſcopos, patriarchaſq; uul-
go appellamus, nõ à monachis, q ſeuerioribus inſtitutis
religati, deo ſeruiũt: ſed à clericis, ſola ſacerdotali di-
gnitate à cæteris chriſtianis differentibus, deligebant,
poſt habita, monachos ſolũ ad eccleſiæ (ut ſic dicã) p-
fecturas aſſumi decreuerũt. Ea ſola monachis, ideſt mo
deſtia, religione, ſanctitate repleuit, melioris uitæ fun-
damẽtum iecit, ea imminẽs tunc græciæ periculũ, quaſi
ſol nebulã diſſoluit, ea tenebris pulſis cœleſti aqua oriẽ
tales fideliũ plagas irrigauit. Oẽs eni, qui uel igenio,
uel doctrina, uel eloquẽtia florebant, ut ad guberna-

cula eccleſiarum, quæ tunc in illis regiõibus prædiui-
tes erãt, poſſent aſpirare, monaſticã uitã colebãt, cõple
ctebãtur. Monachorum ergo iſtitutiõe uiuẽdi, platoni
ca tũc ipudẽtia prudẽter, ſanctæq; à patribus eiecta,
nõ paruis deide lapſis tẽporibus, ĩ aliã, proh dolor Pla
tonis legẽ, qua uult, ut turpitudinẽ in pueros occulte
agere liceat reiecta res eſt. Cœtus eni atq; cõciliabu
la, ſanctorũ uirorũ, quæ multa, ac nũeroſa erãt ĩ urbe
magna, & ppotẽti, quæ oriẽtis caput, atq; oculis fuit,
ut totius orbis uiculum quoddã, ac fulcimẽtũ, quo ter-
rarũ ore, undiq; ſicut ad amnẽ riuuli cõfluebãt, pue-
ros, ut ab ieuntе .ſ. ætate deo dedicare recæperũt, hic
eo paulatim malum in oẽs e cõtagiõe diffuſum creuit,
ut cum minor eſſet, nõ iquinatorũ numerus, q̃ ut poſ-
ſet diuinã amplius irã retardare, traditi ſunt uniuer-
ſi hoſtibus crucis, qbus platonicas uoluptates diſcipu-
lus Platonis Machumetus legibus cõmẽdauit, magna
pfecto. atq; mirabilia dei iudicia ſunt, eiſdẽ uitiis in-
fideles creſcunt, qbus fideles pereunt, nec iniuria, illorũ
eni finis in terris eſt, noſter ĩ cœlis. Quare nõ imerito ſi
extremum, atq; ſummum bonum, quod oĩa expetũt, à
cœlis, etiã nos ad terrã trãſpoſuerimus illis, adminicu
lo ſaluatoris deſtituti, in obrobrium tradamur, qui cœ
leſtẽ uitã nõ cognouerunt. Hos fructus, hũc exitum,
has fortunas, doctrina, ſcripta, mores Platonis uniuer
ſæ græciæ attulerunt. Et ſicut cum uiueret moleſte fe
rebat, p Miltiadẽ, Themiſtoclemq; à ſeruitute pſarum
græciã fuiſſe liberatã, ſita ueruſicis eloquẽtiæ ſuæ leno
ciniis, uiuẽdiq; pditiſſimis iſtitutis, eãdẽ ipſis tandẽ ho

ſtibus ꝓdidit. Turci enī, ſicut ego accepi, a parthis ori
ginē trahunt. Dicet, fortē q̄ſpiā hoīes ſpōte ſua uolu/
ptatibus hiſcere, & multos ante Platonis tēpora nefan/
da libidine pſiſſe, ac ideo nō eſſe culpādum Platonē, ſi
caduca humani generis natura fertur ꝑceps ad malū.
Ego autē ibecillitatē noſtri generis nō ignoro, idē ego
non ibecillitate, ſed deprauatione ꝑditiſſimæ mētis in
geniiq; lumīe penitus carētis, aduerſus naturā fieri cō
tendo, utrunq; ſit, qui aut fragilitate, naturæ terminis
nō neglectis aberrat, aut obſtinatiōe in naturā inſur/
git, nec aliis uitia ſua tradere conatur, is ſibi ſoli delin/
quit, nec ſecum ullus iure poterit queri, emendationis
quoq; ſpes, nōnulla ſubeſt, ſi male ſe agere nō oīno igno
rat. Nā cognitio quātulacunq; delicti, pœnitentiæ ra/
dix eſt; atq; origo, q uero ſiue ipſe committit, ſiue uero
cæteros ad flagitia hortatur, is nō modo flagitioſus ē,
& mētis, atq; animi adeo corrupti, ut miſeriam putet
eſſe fœlicitatē, uerūetiā cæterorum flagitia, qui aut uo
cem ſuam audierīt, aut ſcripta legerūt, ipſi merito im/
pigēda ſunt, nā quia proni ad libidinem ſumus, ſtatim
quæ audimus, aut legimus, ſi cogitatiōibus noſtris con
gruū, tātum penetrāt & īfixa herēt, & cū inheſerit au
daciores faciunt, & quaſi licentia ex auctoritate data
trāſuerſos ad ſcelera hoīes agūt, nā cū oībus libido li/
beat, licere ſibi quiſq; id putat, quod claro alicui ui/
ro, ac eloquēti, aut factitatū, aut nō acriter ipugnatū
uidet. Quare ut remiges cum aduerſo flumio nauigēt
īntentis ſemp brachiis nituntur, nā ſi remiſerit cōtinuo ra
pi ferūtur īpreceps. Sic cōditores legū acres īugiter in

libidinē debēt inſurgere, nā ſi pmiſerit, oīa eorū igna
uia in peius relapſa ruunt, q, ſi etiā ſomēta callide ad
uoluptatē ſubminiſtrauerit (quod Plato facit) qs eos
corruptores hoīum appellare dubitabit? Plato autē cū
ornatiſſime, & ingenere geto, grādi oratione cōſcripſe
rit, malaq; bonis fraudulēter cōſuderit, & nudas puel
las adoleſcētulorū, uirorūq; oculis ſubiecerit, & agen/
di, patiēdiq; aduerſus naturā, neceſſitatē turpiter ex/
cogitauerit, īpudenter ſcripſerit, ſcelerate poſteris reli/
querit, tātorū malorū author nō ꝑdicabitur? pſertim cū
ītētio ſola ſufficere uideatur, mala mēs quidā īquit, ma
lus aius, ipſe uero nō aīo tantū, ac uoluntate, ſed re ipſa
ideſt exēplo, & ſcriptis in pniciē traxerit, habet enī ne
ſcio quid uirium elegās oratio, aīumq; tum ī omni re, tū
maxime ī libidine, ita illabitur, ut totum poſſideat. Vn/
de ſit, ut ego nō dubitē in Platonē, atq; platonicos oīa
græcie mala referre. Cur enim nō tibi deuaſtatiōis pa/
triæ, ſeruitutiſq; cauſa Plato dabitur? puellas, & adole
ſcētulos, uiros, & mulieres, nudas, & nudos exerceri,
pudere choreas agitare, uerſariq; ſimul hortaris, con/
ſulis, iubes, pueros in puellas uertis, mulieres neceſſita/
te ppetiēdi corrūpis, uiros poteſtate ꝓcreandi erepta ui
quadā, ad iſta īpellis, & hæc oīa elegāter cōſcribis, at/
q; cōfundis, nā ne malicia tua pcipiatur bonis īmiſces.
Dic oro, ſi natura hoīum prona eſt ad illicita, quod oēs
fatētur, ſi cupido carnis titillatiōe aīum ſemp ſollicitat,
ſi oēs ferè oculis, uultu, ore hiſcūt, in uenerē, qui te le/
gūt, nōne uenenū illico medicorū more poculo trahūt.
Im ꝓfecto. Sicut igitur medici, ut ſalutē corpibus lar

giatur dulci re aliqua medicamẽti amaritudinem primo guſtu auferũt, ſic tu ne quo tẽdas pſpiciaris, ut animos hoium, quaſi piſces hamo facilius capias, bona immiſces. Quare ſi etiã nõ nocuiſſes, totã malorũ copiam, qua euerſa græcia eſt, tibi ego inurerẽ, nã qui, quo ad eius fieri poterat, aliquid fecit, is feciſſe negandus non eſt, nũc uero cum nõ ignorẽ ſcripta tua uniuerſum apte orbẽ, in pnitioſam uenerẽ, impuliſſe, à crimine te abſoluã? nec mihi ueniet in mẽtem diuinæ prouidentiæ irã ad fetulentas uſq; deſidentesq; reliquias, in hoſtes naturæ ſemp exhauſtã fuiſſe, pſertim cũ uideã magis, atq; magis doctrinæ ſuæ pnitiẽ, ſubrepere, nõ faciam. Non adeo à coi hoium utilitate ſum alienus, ut hæc præterea, ſed mẽtem, & dicẽdi facultatẽ, ad hoc potiſſimũ datã mihi diuinitus arbitror, nam quicquid boni eſt in hominibus, cũ à ſummo profluat bono, ad bonũ publicum debet conferri.

## Quod niſi prouideatur, ſimiliter ruent occidentalia.

QVare hic loci factus, nec poſſum, nec debeo pterire, quod ſimilitudo rerum mihi, & qdẽ nõ abſq; lachrimis ſubiecit, nam ſicut oriẽtales patres, mõachorũ caſtimõiã admirati, honoribus, dignitatibus, eccleſiaſtica authoritate ipſos decorarũt, & hoc pacto prudẽtiſſime, optime, ſanctiſſime, impudẽtem, atq; platonicam potentũ luxuriã, depreſſerunt, ſic occidẽtales tum ipſius rei pulchritudine commoti, tum affectione omniũ erga ueram religionem admoniti, diuina potius mẽte, q̃ humana, id ſanxerunt, quod tẽporibus illis occidentales homines fieri ſponte ſua cernebãt. Tanta eni reuerentia rerum ſacrarum ſacerdotes tenebantur, ut uulgo, uel legitima uxor recuſaretur, decretum itaq;, tẽporibus idoneum, deo gratum hominibus acceptum, rebus accõmodatũ, à ſummis pontificibus æditum fuit, ne quis obligatus ſacerdotio uxorẽ haberet, ſed ſit penitus ſacer, qui ſacra obit. Hãc ego rem, tãto laudabiliorẽ oriẽtali monachorum honore, iudico, quanto illi coacti monaſticæ uitæ auxilia petierunt, occidentales nulla re cogẽte, ſancte ſe rebus ſanctis præbere uoluerunt. Quid ſanctimonia ſanctius? quid integrius! quid cœleſti uitæ cõiunctius? nam & ſi legitima uenus, non longe à caſtitate abſit, laudabilius tamen eſt, liberum ab omni carnis coniunctione animum habere, q̃ re uxoria detineri. ſed doleo, quoniam ſancta oriẽtalium monachorum uita, in platonicã ex ipſa librorum platonicorum lectione uenerem lapſa, cæteriſq; contagioſam hanc peſtem largita, diuinam iram magnitudine ſceleris accẽſam, in græciæ totius euerſionem concitauit, ſic uideo occidentis caſtitatem, nõ platonicis libris, ſed aut imitatione, aut copia rerum ſuperbientem, in ſeipſam inſanire, & uniuerſam coinquinare uitam, actionibus autem uitaq; ſimili, ſimiles diuina prouidentia exitus accõmodat. Quare ne uetus prouerbium ſic de nobis, ut de græcia dici poſſit, ſtultus non ante ruinam cognoſcit q̃ ruat, imitandos eſſe bonos medicos cenſeo, qui

nullum, egrotis medicamētum afferunt, niſi egrotandi
cauſam inſpexerint. Ignorata enim patiendi cauſa, qſ
quis reſiſtere laboribus nititur, quaſi cecus ad precipi
tia ruit, & detrimētum ſimul atq; amentiæ famam lu
cratur. Sed imminētē exitum, quem omnes timemus,
quemq; ſoli præſules repellere poſſunt, cauſamq; ape
ruimus, remedia uero morbis afferre & quibus ratio
nibus flagitioſa, hæc facinora morbiq; peſtiferi redu
ci queant, ad ſanitatem, cōſcribere non eſt noſtrum, ſa
tis eſt admonuiſſe, ſimilium cauſarum effectus ſimi
les eſſe, & iuſtitia diuinam iram maxime placari. Op
poſito in furorem uerti, nec excogitari poſſe iniuſtiti
am ea maiorem, quæ naturæ leges contemnit, ac uio
lat. Natura enim lex eſt diuina, æterno dei iuſſu inſi
ta rebus. Quare q̄ iura eius uiolat, ipſi deo ui affert,
q̄; maximā. Poſt illud memoria, q̄; maxime tenēdū
arbitror, oīa īſtituta, q̄bus mores hoīum ad uirtutē re
ducūtur, ꝑpetua eſſe, nec debere, nec poſſe, neceſſe eſt
eni, ut quæ mutabili rei accōmodātur, ea quoq; muta
bilia ſint, nihil aūt mutabilius tpe. Quare decreta illa
patrū, quæ nō rebus, ſed tpibus fuerūt accōmodata. Si
ab his tpibus aliēa ſunt, accōmodatior a nobis quærēda
uidētur, ſed priſcis, de nō ducēdis uxoribus īſtitutis, pla
tōicè iā uiuere hoīes uidemus, nouis igitur ā platōica
uita reuocētur. Hucuſq; ꝓ uirili pte mea dicere, ſcribe
re, ꝑdicareq; poſſū, de remediis uero pōtifices, xpiāniq;
pricipes uideāt, & aliquādo remedia afferre īcipiant.
Nō de oībus loquor, ſed illō dico, miorē iā mihi uīerū ī
tegrę uinctū uideri, q̄; ut poſſit apud deū, nec ſiſtētur a

huius cæterorūq; oīum uitiorū. Natura.n. ſpreta, oīa cō
fluūt, ipſaq; integra, cæteri mores ualēt. Platonica do
ctria fuit origo. Immo fontes q̄dē libidinis ēt ante ipm
Platonē, ſcaturiebāt, & torrentes nōnūquā ex fontibus
ignomenioſe deriuati, magno æſtu fluctuabāt, tn̄ ipſaq;
uoluptas, quaſi multiceps hydra deuorare, orbem cona
batur, ſed multi præclariq; uiri, quales Miltiades, The
miſtocles, Cimon, Pericles, quos Plato maledictis inſe
quitur fuerūt, quales apd̄ ueniſtiores Laius thebanus,
Draco & ſolon athenīēſes, quales Minos & Radamā
thus cretenſes, quales lacedemonius, Licurgus ſtudio,
uirtute, ꝓuidentia, diuinæ maieſtatis adminiculo impe
trato. Herculeis uiribus, hydræ peſtiferū efflantis, capi
ta detruncarunt, quæ poſtea Platonis tēporibus rena
ta, libriſq; ipſis nutrita, aucta, magnarum uiriū facta,
primum græciam, deinde authoritate ac eloquētia pla
tonicæ græciæ quaſi colubris, omnes gentes ueneno
afflatu confecerunt.

## Quod non Ariſtoteli, ſed epicuro & machumeto conuenit Plato.

Quis ergo Ariſtotelem Platoni, comꝑabit,
in uiuendo? Vbi Ariſtoteles pueros amato
ribus conciliat? Vbi uiros hortatur, incen
dit, inflāmat, ut flori ætatis adoleſcentiū, inhereant,
quod ille plerunq; facit, ubi unū uni Ariſtoteles, quaſi
connubia conſtituens cōiungit? Vbi ſcelus hoc ad gerē
das res magnas utile, adoleſcentibus prædicat? qd̄ Pla

ta contendit, ut ab Achille atq́; Patroclo incipiens
clarorũ exẽplis uirorum, falſis, ut ego arbitror, turpiſſi
mum cõmendet flagitiũ? quin etiã Achillẽ ab inferis
à Ioue in elyſios cãpos, ꝙa mori huius turpitudĩs cauſa
pro Patroclo uoluit, tranſlatum fuiſſe prædicat, nec ut
poeta fabulã carmine, aut fingens aut fictã repetens,
ſed ut phyloſophus uiã adoleſcẽtulis oſtẽdens, qua poſ/
ſint præclara facinora, in adminiſtratiõe rei pu. gere/
re. Sonoris hæc uerbis cõſcribit. Quas ob res ingenua
iã fronte dicere me auſim, ab adoleſcentia Platonem,
ſemꝑ odiſſe, quẽ nemo bonus non odit, niſi ꝗ minus in/
tellexit, ſæpiuſq́; cogitaſſe, nõ nihil aduerſum maleficã
eius ſectã, uere & ex aio ſcribere, nã ad alia uitia ma/
leficis quoq́; artibus plurimũ inſudaſſe platonicos con/
ſtat, & in inuocatiõibus demonũ, ſacrificiiſq́; hmõi ſpẽ
ſuã collocaſſe, idq́; à pricipe diſciplinæ ſuæ cepiſſe, nõ
ſolũ memoriæ ꝓditum eſt, ſed etiã ex multis ſcriptorũ
ſuorum locis facile colligitur. Et quoniã Ariſtoteli oẽs
debemus, non ꝗa tantus uir, clarior oratione mea poſſit
fieri, ſed ut gratum oſtenderẽ aium, mihiq́; ipſi ſatiſfa/
cerẽ, eũ quoq́; laudibus extollere cordi erat. Itaq́; pa/
rum otii mõ nactus, ut facilius breuiuſq́;, uerũ abſol/
uerẽ, cõparationis uia uſus, ꝗ̃tus uterq́; in ſcientiis fu
it, ſerie breuiterq́; oſtendi, uter ueritati catholicæ accõ
modatior dilucide pro qualitate rerum aperui, utrius
uita phyloſophyæ cõuenientior, paucis explicaui. Qui
bus in rebus alterũ phyloſophorũ principẽ à ueritate
rerũ non alienũ, & uita phyloſophum fuiſſe. Alterum
quid dicã? noie hoïs indignũ, ante oculos, & ſi minus

ꝗ̃ res poſtulet, tamẽ pro uiribus poſui. Multa enĩ, mul/
titudine rerum preſſus, defatigatuſq́; præterii. Quare
comꝑatio hæc alterius ueras, alterius dignas, continet
laudes, non enĩ in hiſdẽ rebus bonis malis ue facta eſt,
quod comꝑationibus propriũ eſt, ſed alterius ꝓbe, alteri
us iprobe, ſcripta, facta ue breuiter cõplectitur, Plato/
nẽ aũt ſiquis alicui uereq́; conferre uoluerit, neſcio ſi
quẽ ad hodiernum uſq́; diẽ, ꝗ̃tum ex oïum hoïum hy/
ſtoria poteſt hẽri, equalẽ ipſi reperiat, ſimiles tamẽ eiq́;
ꝗ̃ cætera, hmõi monſtra propinquiores duos inuenio,
diſcipulos ſectatoreſq́; ipſius, Epicurũ & machumetũ,
quorum uterq́; tantum Platone, in oïbus inferior fuit,
quantum ipſe in oĩ turpitudinis genere præſtãtior, Epi
curus tamen longiuſcule ꝗ̃ machumethus magiſtrum
ſequtur. Voluptatem enĩ ſummũ eſſe bonum hoïbus cen
ſuit, nec in genere intellexit, ſed in uenere carneq́; collo
cauit, cuius præcepta tanto turpiora, fuiſſe crediderĩ,
quanto minus inueniuntur, nihil enĩ penitus ſcriptis ſu
is, ſed ſola relatione aliorum, non nihil de ipſo hẽmus.
Quare aduerſus naturæ leges, ipſum quoq́; militaſſe,
tum platonica doctrina, cui manifeſte inhæſit, tum ui/
ta, oïum gentium à Platone atq́; Epicuro, uſq́; ad Ne/
rõis tẽpora, nefandæ libidini, quaſi btitudini deditæ,
teſtantur. Oẽs enĩ gentes, quæ græcæ ſciebant Platonẽ
& Epicurum illis tꝑibus ſequebantur, græcæ ante to/
tus orbis ſciebat, nã & europã uniuerſam, uel ꝑꝑ græ
corũ ſcientiã, uel ꝑꝑ romanorũ potentiã qui multo ma/
gis linguã græcã, ꝗ̃ ſuam colebant (ut liber Ciceroĩs
de finibus oſtendit) græcæ uocis ignaram fuiſſe nemo

peritus negabit, & aſiã ab Alexandro non magis domitam armis, q̃ græca inſtitutam lingua, non ſumus neſcii, non igitur aliter Epicurũ, cuius ſecta fuit ampliſſima, de puerorum amoribus, q̃ Platonẽ ſenſiſſe manifeſtum eſt. Epicureã uero potius carnis uoluptatem, q̃ platonicã dicere ſolemus, quoniã Plato quidẽ ſubtimide ac paſſim, non ſerie continua, ſed cæteris confundendo tetigit potius q̃ expoſuit, q̃ expetibilis ſibi uoluptas carnis uidebatur, quæ ut corpus & animũ expleret, oculis quoq; ſubiicere nuda corpora nõ ueritus eſt. Epicurus uero totum ſtudiũ, curã, operãq; ſuã ad eam rẽ docendã cõprobandamq; cõtulit. Quanto igitur q radices & truncos, qui fontes & fluuios, qui materiã ac ſegetem, rerum præbuit, illo excellentior eſt q ramalia, qui riuos, atq; torrentes, qui ſpicas & rẽ exactam recolligit, tanto in turpiſſimæ uoluptatis inditiõe Plato q̃ Epicurus præſtantior. Merito igitur deciſis ramis Epicureis, riuis, torrentibuſq; ſiccatis, ardentibus ſpicis oĩno deiectis, radices adhuc & fontes & origo platonicæ uoluptatis extant, circunferunturq; in totius orbis pnitiẽ. Nam ut aperte uirtus expoſita placet, ſic improbitas, niſi probitatis ſubtegatur uelamine. Cũ enim ratione ſuſtentari non poſſit, non ſuis uiribus ſed alienis ſubrepere ſolet. Id malitia Platonis intelligens, uirtute ſemp uoluptatem fulciuit, ut ſicut mentes hoĩum iocunditate ſua, quaſi oleo peruncta illabitur, ſic non cito, tanquã nullo fulcimine munita, deferatur in terram, quod Epicuro accidit, nã quia uoluptatis delitias, non adiutas uirtute, ꝓpoſuit, ideo & cito ſuarũ illecebrarũ doctrina p orbẽ uolauit, & uelociter tanquã floſculus decidit, & quaſi res ficta nõ potuit eſſe diuturna. Sed Epicurus quidẽ, nulla diſſimulatione uoluptatem defendens, iam diu exibilatus eſt, præſertim quia montis inſtar lapis de cælo deuolutus, aptus, uoluptatis laudes oĩno contriuit. Alter uero Platonis imitator, atq; diſcipulus, non Epicuro ſolum, ſed ipſo quoq; magiſtro atq; authore callidior Machumethus, oia proh ſcelus, deiecit, pſtrauit, uaſtauit, & eloquentia, ſicut ego accepi, maiore q̃ platonica, & uerſutia maiore q̃ græca, uniuerſam iã Aſiã, totam affricam & non paruã europæ partẽ ſubegit. O ignauas chriſtianorũ principũ mẽtes. O aios potentum non oium, ſed platonicorũ in clunibus puerorum, turpiter incluſos. O formidinẽ paucorũ, ſi qui ſunt, qui bene iudicant Nerone regnante, non Maximino, non alia truculente iperãte beſtia, ſed cruce adhuc domini pontifices romanos ſignante occupat, detinet, in mores ac leges ſuas conuertit, quodq; maioris doloris cã ẽ, tenui gladius filoſuſpẽſus reſiduo chriſtianorũ imminere uidetur, nec ullus eſt, qui ad depræcationẽ, defenſionẽq; iuſtã ſe præpararet, nullus q re condoleat, uerbis & more platõico, multi, & maxime, qui nominari honoris cã, non debent, quorũ plurimi (de oĩbus enim non audeo dicere) tanto impietati platonicæ magis adhærẽt, quanto magis Platonẽ admirãtur, colunt, in cælos efferunt. Sed indignationẽ indefenſores crucis, qui uerbis pietatẽ defendũt, re oppugnant, dolorẽ pro deiectiõe ueritatis, lachrimas cum pro oibus, tum etiã pro noſtris nobiſq; ipſis, rõnis frenos, quantũ

ſieri põt reprimamus, & in ſœnum coire ſupbiæ, falcẽ facundiæ ulterius procedere phibeamus, remq; breuiter enarremus, forte namq; his noſtris uerbis, temerario ĩpetu prolatis exorietur, aliqs romano ſanguie dignus, qui crucis honores ferret moras orbis. Poſſunt uiri decori cũ uelint, uolentq; forſan, ſi Platonẽ contemnent & nates relinquẽt, Hæc non in oẽs dico ſed in plures. Quare nemo niſi ſeipſum, prius prodat nihil põt ſubiraſci. Sed rem breuiter explanemus & quantum Platone Machumetus aſtutior fuerit aperiamus.

De Machumeto & q̃ longe platone aſtutior.

Platonicus quidã alexãdrinæ ſacerdos eccleſiæ fertur fuiſſe litteris doctus in primis, non omnibus ſed platonicis. Cum igitur Platonẽ nõ moribus ſolũ, ſed dogmate quoq; ſequeretur, ne artibus ſuis maleficis, tonatibuſq; peſtiferis, totam ægiptum ſubuerteret, ab ægiptiorũ patrũ pricipe, ſicut pietati chriſtianorũ hoſtis, extruſus, perq; multas regiones orientis uagatus, tandẽ undiq; fugiens, qui oĩa ſuſpectus formidabat, adultimas ethiopæ orãs inçultas aridaſq; puenit. Vbi agreſtẽ quendã hoiem, & tam fortunã q̃ moribus ſeruilẽ, cui Machumeto nomen erat, forte reperiſſe traditur: Eum uel faciei effigie, uel manuum, ut fertur, lineamentis, uel ut ego crediderim, malefico demonũ artificio, quo platonicus utebatur, idoneum ſibi, & chriſtianiſmo pnitioſum eẽ cognouit, Quid multa? ipſum blandiendo, pollicendo facile ſuũ effecit, & eum matronæ põtenti illis ĩ locis, ut mihi cõpertum eſt, mulieri cõiunxit, p hũc fanaticum, ut creditur, hoiem nõ nulla gẽtibus barbaris, uel aſtrologica rõne, uel aliorũ ſacris, uel quauis alia diuinandi uia prædicens, nomen prophetæ, non ſibi, ſed Machumeto acquiſiuit. Ita Machumetus cõſecutus eſt, ut miſſus à deo ad hoĩes putaretur. In hac platonicus rerũ ſuarũ infœlici nimiũ atq; infauſta conditione cõſtitutus, pietatẽ chriſtianam deiicere nouis legibus, quaſi diuinitus p Machumetũ hominibus datis excogitauit, & primum arabica linguæ eis dicẽdi ornamẽta conſcripſit, ut barbaræ gentes ad hunc uſq; diẽ, non alia ratione magis q̃ eloquentia diuinas eſſe Machumeti leges, cõtendãt. Nec potuiſſe hominẽ ita grauitatẽ ſuauitati, grandẽq; orationẽ, elegãtiæ indicendo pſudiſſe. Verũ quia nõ ignorabat authorem, atq; magiſtrũ ſuum, tribus maxime rebus obtinuiſſe, ut magnus hẽretur, eloquentia, uoluptate, uirtute, aut uarietate, tanquã uoluptatis uelamine, cum atq; de moribus uoluptatiq; diceret, de pietate in deũ tractaturus, aio platonicus uerbis iudeus, re chriſtianorũ implacabilis hoſtis. Simulatiõe utrorũq; & amicus & inimicus fuit, nã quoniã uidebat ſcripturæ moſaycæ authoritatẽ non paruã eſſe, & chriſti nomẽ ubiq; locorũ florere non ignorabat, & trinitatẽ ubi uis prædicari, non erat neſcius, ut oẽs caperet oibus ſimulatione, nulli ex aio integreq; adhæſit, uerbũ eni & ſpiritũ, dei cõfeſſus, inuentos eſſundi ſicut uerba oſtẽdere uidẽtur, non maius quicquã inde ſignificari q̃ in hoibus, facile barbaræ idoctæq; multitudini pſuaſit. Præterea, ne toti orbi iã in chriſtũ credenti liquido cõtradiceret, uer

bũ dei ex uirgine muliere naturã humanã aſſumpſiſſe i
cõtendẽs, crucẽ ac mortẽ eius penitus negat, uidit enĩ
difficillimum eſſe uerbum dei hoiem factũ, negare. Ita
concurrendo, in his quæ negare non poterat, & negã-
do ea quæ in doctis hoĩbus duriora uideri poterant,
quod uoluit aſſecutus eſt. Quid enĩ durius, quid incre
dibilius ignoranti homini eẽ poterit, ſi quis animũ eius
callide ꝑtractat, ꝗ uerbum dei hoiem factũ, cruci ſu
ſpẽſum, morte extinctũ, ſepulcro traditum, credere? nã
& ſi raro uerius, raro cõuenientius, raro magis neceſſa
riũ quicquã inuenies ꝗ hoiem mori, uerbũ tamen in-
quit dei mori non põt. Id pro ueritate eſt, ne inuentos
diſſolui dei uerbũ credatur. Nõ enĩ ipſe, ſed hõ quẽ aſſu-
ſit eſt mortuus, nã niſi mori ſtatutum fuiſſet, mori autẽ
ipſum oportebat, neq; ꝗ reſurrectiõe corpis ſui totum
humanũ genus reſurgens à morte, liberaret, nulla enĩ
alia iuſta reſurrectionis hoium uia excogitari põt, ꝗ
ut primus qui de mortuis nunquã moriturus ſurrexit,
cæteris id ipſum largiatur, hæc certe cã, hic finis icar
nationis uerbi ab oibus eſſe ꝑdicatur, nulla enĩ creatu-
ra excitare ſe de mortuis põt. Quare qui reſurrectio-
nẽ carnis humanæ, admittit, is hois illius, quẽ à uerbo
dei aſſumptum cõcedit, mortẽ negare ſi ſeipſum intel
ligit, non põt, ſed hæc uulgus cape non põt, quod nec
arduum eſt, audituq; ipſo turpe, re ac ratiõe, pulcherri
mum, id gẽtibus rõne carentibus, ut turpiſſimum uide
retur, facillime hõ callidus fuit aſſecutus. Nec dubito,
uerſutiſſimæ belluæ, eloquentiæ, ac mẽtis platonice ho
minisq; truculentiſſimo, ſcripturæ id auxilio in mẽtem
ueniſſe.

ueniſſe. Legerat enĩ in ſignũ, cui cõtradicetur, natum
chriſtum fuiſſe, quare ut atrociſſimũ iter chriſtianos, &
ſuos, ac inextinguibile bellum incederet mortẽ chriſti
potiſſimũ negauit. Honorẽq; huic uerbo diuino attri-
bui ſimulauit. Bellum tamen iam diu, mea qdẽ ſenten-
tia, peractum eſſet, pacẽq; pro eo haberemus, & crux
domini uniuerſa poſſideret, ſi qui præfuerunt dignam
pro rei magnitudine curã habuiſſent. Nã nec fuit, nec
eſt difficile cauſam erroris dolo ſubactis apire, ſi tantæ
noſtris curæ fuiſſet inueniendi, quantæ illi excluden-
di aditus fuit, quia hoc ipſum timens lege, colloquẽdi,
diſſerendiq; facultatem penitus excluſit, non fuit ta-
men oportunior, unquam occaſio, ſi recte opprimendæ
falſitatis uiam præſides ingrediãtur, ꝗ modo eſt. Sed
dum ex altera parte, in curia, ignorãtia, inuidia, amor-
q; ſui maior, ꝗ crucis, ex altera ſtudium, uigilãtia, æq
tas, minorq; ſui amor, ꝗ pietatis falſæ, in obprobrium
diuinitus propter platonicos mores traditi ſumus, nam
ne aut minus frui, quo natura prohibemur, aut pauper
tas, aut rerum magnarum cura nos cogat, hanc miſe-
riam potiusꝗ alium rerum ſtatum, approbamus. Stul-
ti, qui non uidemus in dignatione tandem, & prouidẽ
tia dei, & hæc cum dolore nos amiſſuros, & illa cum
ignominia dedecoreq; ſuſcepturos. Ita nefaria Platõis
uoluptas. & illos aduerſus crucem concitat, & à nobis
diuinum ſubſidium remouet. Tribus enim, ut diximus
uiis rationibusq; ab ipſo magiſtro, atq; authore ſcele-
rum, in Platone traditis. Impugnata ueritas eſt, eloquẽ

V

tia, ſimulatione uoluptate, eloquenter ſcripſiſſe Machu- metum, aut eum à quo tanquam à deo ſcriptas leges ipſe accepit, nemo ibit inficias, fraude, ſimulatióeq́; ipſum maxima, uerſutiſſimoq́; uſum, fuiſſe breuiter ſubaperuimus. Nã cum in quibuſdã, quaſi cõcurrat, ſicut de uerbo, ac ſpiritu dei, & de incarnatione uerbi, ſicſe tamẽ id facit, in ſenſum promptum, & communiorem, & à ueritate alienũ, uerba accipiẽs. In nõnullis, quaſi ueritatem defendẽs, aperte repugnat, ut de cruce domini. Videamus nunc quomodo Platoné in uoluptate quoq́; carnis proponenda imitatus, nunquam nudas uirorum oculis mulieres, ſed contra talari tunica tectas ſubicit, ut hac honeſtate, ſanctitatis ſpetiem ſectatus, ab ipſius dei ore leges accepiſſe uideatur, quippe qui ut traductiones, quas ego legi, oſtendunt, non ad tertium cœlum, quod de Paulo legerat, ſed ad ſeptimũ ſe raptũ impudenter aſſerit. Adulteria modo, & plectit rectiſſime id quidem, ita multas uni uxores coniungit, numerũq́; ad facultates ſtatuit ſingulorum, qua in re, tum priſcæ ſcripturæ, de nõnullis authoritate utitur, tũ naturam id uelle contendit. Fruſtra enim inquit, cũ uxore uirum conuenire, aut prægnante, aut aliis cauſis, infœcũda. Coniunctionem uero hanc, non ad aliud, q̃ ad generandum diuinitus datam, ſcriptum eſt enim. Creſcite, & multiplicamini. Quare non mediocri peccato, illos irretitos eſſe cenſet, qui multitudinem uxorũ recuſantes, ineptis ad compoſitionem coniugibus cõuenire coguntur. Ita naturali ratiõe, quam leniorem eſſe,

ut putat, nõ ut ſciebat, & uoluptatis illecebris ſimul, & peccati terrore ab una, ſi facultates patiuntur, depellit. Et ad multas eiuſdem uiri uxores, impellit. Non poterant autem ignorare falſas ſe excogitaſſe rationes, quia finẽ hominis, non in hac mortali uita, ſed in alia immortali nõ ſponte, ſed communi tunc omnium hominum opinione, fide, pietateq́; coactus, ipſe quoq́; collocauit. Creſcẽdi uero multiplicãdiq́; pceptũ, naturæ leges ſpectãt. Nam & ipſis quaſi natura factum, animalibus quoq́; inſitum eſt, multiplicandi enim uim creator, & ſi uerbis præbuit, non ſemper tamẽ multiplicationi iuſſit inhærere, nam cum finem noſtrum, in cœlis eſſe cognoſcamus, quoniam omnis uitæ actio ad finem accomodanda eſt, neceſſario multiplicationi quoq́;, ſicut cœleſtes homines, non in terris permanſuri, ſed in cœlum tendẽtes ſuperſedere debemus, & aut uirginitate ꝑpetua uiuere, aut per unicam uxorem uirginitati, q̃ proxime fieri poteſt, adhærere. Vti enim uoluptate non frui debemus, nam frui, cum nihil aliud ſit, q̃ ferri ad finem. Vltimo ſolum frui debetur, uti uero illis conuenit, quæ aut ad finem conducẽtia utilia dicuntur, aut quamuis nõ conducant, tamẽ etiam non abducunt, qualis honeſta Venus mihi eſſe uidetur. His, ut puto rationibus territus, cœleſtes delitias, ĩ ſimilibus futuris uoluptatibus docet, eaſdem uiris in cœlo uxores, quas in terris habuerũt, attribuens. Ad hæc fanatice ſcripta, dicta, excogitata, illud repugnans, ſicut platonicus adiecit. Liceat inquit uiro unicuiq́; in ſeruum ſuum quicquid li

buerit agere. Ita qui multas uxores, ne fruſtra coniu/
ges aliquando conueniant, natura duce, ut ait pulſus,
conceſſit. Nefariam in mares libidinem, quaſi oblitus
admiſit. Abuſum quoq; i uxores ſubito rogatus, ut ho/
mo exhortuiſſe, poſtea ter inquit deum rogaſſe, dictū/
q; ſibi fuiſſe, heret calamus, erubeſco cætera dicere. Si
quis igitur recte utroq; cognito finem extremū utri/
uſq; diligenter conſideret, is inueniet quamuis immor
talis utriq; uita ꝓpōi uideatur. In terras tamē utrūq;,
non ſolum heſiſſe, ſed turpiſſimā etiam omniū uolupta
tem carnis, ut bonum hominibus ultimum cōmendaſ/
ſe. Eiiſdem enim uiis, eadem ratiōe profecti, eodem tē
dūt, ne ſi Platonis animū in corpus Machumeti trāſ/
latum fuiſſe fingeres, ſic omnia ſibi ad unguem addu/
cta, quadrarēt. Callidior tamen, aſtutiorq; ad puenie̅
dum, quo uolebat Machumetus re ipſa fuiſſe uidetur,
nam ſiue temporum cōditione adiutus, ſiue locorū, quo
niam à barbarie incipiens, & uiribus inde collectis,
truculentior nō expers rationis gentes inuaſit, ſiue ut
poſterior, quod ad conſequēdum, finē Platoni deſuit, à
rerum exitu itellexit, ſiue noſtrorum, aut ego arbitror.
(Pudet tantam præ oculis deſidiā inertiam, libidinē
ponere) maiores diutornioreſq;, uniuerſo generi homi
nū erumnas intulit, q̄ ſomniaſſe, unquā utrunq; credi
derī. Plato cōmunes mulieres, in quas de repu. ſcripſit
eſſe uoluit in legibus, quas nō paruo poſtea interual/
lo edidit, rem impoſſibilem ratus unam uni coniūgit.
Machumetus nec cōmunes, ne proles confunderentur,

& ſingulorum natura, quæ certos liberos flagitat labe
factam beſtialem uerteretur, nec unā uni, ne uolupta/
ti frenum immitteret, ſed multas pro facultatibus col/
locauit. Plato ut libido incenderetur, inflammaretur,
ardeſceret, nudas cum nudis, mulieres cū uiris, ludere,
exerceri choreas, agitare, præcepit, Machumetus faſti
dio, id Platonis præceptū fuiſſe hoibus uidens, adum/
brato utroſq; habitu texit. Plato paucitatem liberorū,
paupertatem ſingulorum, peregrinorū exterminationē,
quaſi amens induxit. Machumetus contra, diuitiis, &
procurationi ſemper eſſe incumbendum iubet. Conue
nis, undiq; modo falſam pietatem ſuam ſuſcipiant, re/
cipit, iuitat, honorat, locupletes, potenteſq; facit. Pla
to re quidem ſemp ad nefariam uenerem intrudit. Ver
bis autem aliquando ueritus, quāuis remiſſius, reuocare
tamē uidetur. Aliquando oībus dicendi uiribus, quæ
magnæ in eo fuerūt, rogat, hortatur, īpellit. Machume
tus ꝑmittit, & poteſtatē ſingulis ſequende uoluptatis,
iubet, cōceſſit. Plato, qui fidelibus hic amoribus coniū/
guntur, eos putat etiam poſt mortem, ſumma cum uo/
luptate, beateq; in campis elyſiis ſemper uicturos, Ma
chumetus, non pauciores poſt reſurrectionem carnis,
uxores uiris, q̄s hic habuerūt, futuras, ex deo ſe accepiſ
ſe prædicat, & quod miſerrimū dictu eſt, ab aliqua or
bis terrarū parte iam creditur. Plato uini uſum laudat,
nō paruam profecto, tum uoluptatem, tum maxime cæ
terarum uoluptatum materiam. Machumetus omnino
tollit, non quia ignorauit Cererem, & Bacchum fomi

tes eſſe ueneris, ſed quia quantum poteſt facere uinum perſpexit, nā ſi ad calefactionem, uſq; ſpiritum citra ebrietatem bibitur, audaciores, igenioſiores rerū omnium, ſed diuinarum maxime inquiſitores concertandi, diſputādiq; cupidos, & loquaces homines facit. Quæ omnia contra pietatem ſuam apprime conſurgunt, nam cum falſa, ſimulataq; ſit, audaces, acutos, inquietos, diſſerendiq; amicos, formidet, atq; refugiat, neceſſe eſt. Quieto igitur ingenio, nō incitato, non feruēti, ſed ſubtimido, nō contentioſo, ſed frigido, atq; cedenti maxime ſibi opus eſſe itellexit, quæ omnia nō uini, ſed aquæ potius, efficere ſolet. Quanto igitur melius, fœlicius, mediocritatem, q̄ extrema, ueluti dementem tenere, quāto decori, honeſtatiq; ſanctius adherere, q̄ clunes, q̄ inguina, q̄ penes mulierum uirorumq; promiſcue alterutrorum oculis ſubiicere, quanto naturalius, humaniuſq; aduenas, non minus, q̄ teipſum amare, liberos ad perpetuitatem generis plurimos procreare, diuitias, & priuatim, & publice per multitudinem hominum congregare, quanto minus errat, qui mala permittat, q̄ qui ad ea, quaſi ad beatitudinem hortatur. Quanto naturæ magis adheret qui poſt mortem uxores ſomniat, q̄ qui puerorum etiam ibi amores conciliat. Quāto ſobrios homines reddit, longiuſq; à uino remouet, ſalubrior hominibus, q̄ qui bacchanalia, quotidie, ſicut rationis inops ſenex concelebrat. Aſtutior Machumetus Platone inuenitur, quæ res ipſarum rerum exitu patet, ut nemo, niſi amens negare audeat, nam

cum utrūq; orbem terrarum ad turpiſſima ſua conducere facinora, ſeq; deum credi ab hominibus ſtuduerit, uigilauerit, inſudauerit, totiſq; ingenii, atq; corporis uiribus incubuerit. Plato quidem non regionem unam, non oppidum, non uillam, non decem homines in eodem loco inter ſe concordes, unquam habuit, ſed ſuſpenſos, diffidenteſq; ſectæ authoris, ac ideo ſparſos, paſſim ſeparatos, imbecilles, timidos, & falſos uoluptatis hoſtes poſſedit. Machumetus uero regionem regioni adyciens, aut uaſtauit, proſtrauit, euertit, aut ad leges ſuas conuertit. Quare quanto magiſter ingenio q̄ diſcipulus minor, tanto diſcipulus magiſtro, atq; authore, qui radices plantauit, ſemina ſeuit, fundamenta perditionis iecit, malitia, doliſq; cumulatior, quodq; ualde dolendum eſt, ingenio, ſed prauo magis uidetur cunctaq; fortuna feciſſe, omneſq; hominis ſimul, qui huius uitæ ampliſſimum ſibi ſtatum propoſuerunt, ut prauitate ſic calliditate, ac rerum uſu uerſutiſſimo, ſuperaſſe. Nam cum omnes orbem legibus ſuis ſubicere, ſtatuerint, nemo id tam facile, nemo tam breui tempore conficit, nemo tam late, nemo tam longo tempore tenuit, proh dolor tenuit dixi, timeo, atq; adeo cum in mentem ueniat uehementer perhorreſco, ne diutius adhuc teneat. Plato id legibus ſuis ſperauit futurum, ſed quaſi uentus, uel umbra, immo autem quaſi ſomnium leges euanuerunt ſuæ, græci bellica uirtute conati, uix poſt octingentos annos temporibus magni Alexandri, magni aliquid fe

cerunt, quæ amplitudo ſua non plures, q̃ ſeptuaginta annos durauit. Romani ſeptingentis annis orbem uſq; ad meſopotaniam ſolum ſubegerunt, deinde lapſi parthis ſeruierunt. Machumetus nulla re à maioribus adiutus, nec genere magis q̃ opibus abiectus, in uita penè ſua, uniuerſam ſibi Aſiam, Aphricamq; ſuppoſuit, & paulo poſt ſui Europam quoq; occuparunt, Vix enim inter Heracliũ, tempore cuius exortus eſt, & Carolum magnum, ducenti anni interfuerunt, qui eum ab Europa expulit, quam nunc rurſum aliqua ex parte poſſidet. Hæc natura rerum ſunt, quam ille ingenio collegit, legibus ſanxit, non cretenſibus, aut Lacedemoniis, aut platonicis à communi uſu abhorrentibus, ſed ſenſui, ſic conſentaneis, ut ad eas ſponte homines ruant, quas inter multas certe, ac inter ſe, & ad hanc uitam, & propoſitum ſuum mirifice conuenientes, beatitudinem æternam in uoluptate carnis poſuit, præter quam uulgus, nullam capere poteſt, & quõiam per hanc uitam illa paratur, tot ibi mulieres ſingulis, quot hic habuerunt, aut uxores, aut uxorum loco, tot hic cõcedit, quot cõducere queas, ſed eas uiris dotandas p̃bet, ita pp̃auci, multas cõducere poſſunt. Quare fit, ut ſtudeant ſeruas loco uxorũ habere multas, id ut cõſequãtur bella, cũ chriſtianis, qbus ſolis aduerſantur aſſidue ſerunt, pcreatos autẽ à ſeruis ingenuos eſſe uoluit, nec eis iferiores, q ab uxoribus ſuſcepti ſunt, ita & multitudo creſcit, & audacia i hoſtes alitur, & exercitatio bellica uoluptate lenitur, ac eo magis gliſcit, qđ regũ quoq; filios, cõcertare de ĩpio ſtatuit, ut uictori ſicut meliori, & fortunatiori regna cedãt, qđ quãtũ põt Aphri oſtẽdũt, q ex bellicoſiſſimis ignaui facti ſunt poſtea q̃ Europã mutati, prio gẽitoſe tradũt. Cõferas hæc Platõicis, aut cæterorũ oĩum legibus, q ſinẽ hac i uita poſuerũt. Oẽs, nõ dico ĩfantes, aut pueri, ſed pecudes uidebũtur, nos uero q ſinẽ i cœlis recte, ac uere ponimus, quoniã id uerbo magis, q̃ re facimus, quo deuenimus?

## Excurſio in deſidiam chriſtianorum.

O Pietas, o mores priſcorũ, o caſtimonia præſulum, o ſinceritas pontificũ, o charitas, o fides chriſtianorũ oĩum, o authoritas principum, maieſtas regũ, celſitudo ĩpatorum, huccine huccine, rem chriſtianã, deueniſſe oportuit. Huccine calamitatem (adhuc italia incolumi, galliis florentibus. Alemania ĩperãti, hyſpaniis ingẽtibus, labi catholica ueritas relicta eſt? expugnantur urbes, capiuntur oppida, integre Machumeto ſubiiciuntur prouintiæ. Triũphãt prĩcipes, gaudent reges, populi ouãt, multa milia chriſtianorũ, iugum ſeruitutis quotidie ſubeunt, & nos qui eodem baptiſmate generati, ad idẽ corpus domini p gratiam reducti, eandẽ ſpem & eundẽ, iudicii aduẽtum expectamus, ſedemus, & oſcitamus, maiore corrupti ignauia, q̃ aut Plato ſomniauerit, aut Machumetus ſperducerit. Et quaſi cãm ignorãtes arma paramus. Claſſes iſtruimus, pecuniã pro libertate effundimus, uicto

ridam pro ſtultitia poſtulamus, ſanctorũ tẽpla ornari per-
timus. Manus ad cœlũ tendimus, quibus falſa in ſodales
commertia cõſcribimus, labia mouemus, ad preces, &
corde longe à deo abſumus, corpe ueſtito, aĩo nudo de-
ambulamus, huc & illuc oculis, capite, cogitatione ua-
gamur, nulla conſtantia, nullũ robur excelſum animi,
nulla æquitas, nulla fides uerbis, nullus dei timor in no-
bis eſt. Dignitate aliqua inſigniti, maiora q̃ homines
ſapimus, priuati alter alterum inſequimur, pontifices,
opus ſuum adulterant; litteras ad fraudem diſcimus,
diuitias uoluptati commendamus, authorem uolupta-
tum, atq; principẽ Machumetum, uincere ſperamus,
& his uicijs, quibus in obprobrium traditi ſumus ſalu-
tem quærimus. Quis unquã uidit oleo ignẽ extingui,
quis eam cauſam ſanitatis audiuit, quæ fuerat ęgrota-
tionis? non eſt eadem uia ad tenebras & ad lucem, non
poteſt idem iſdem bonum eſſe ac malum, nõ poſſumus
ſimul chriſto, & Platoni ac Machumeto ſeruire, eoſdẽ
mortuos ſimul & uiuos, eſſe non eſt poſſibile, mutandi
ſunt nobis mores, niſi Machumetum quem operationi-
bus ſequimur, confeſſione, quoq; ſuſcipere uelimus. Et
ſi alterum, meo quidem iuditio, ſponte non faciemus, al-
terũ coacti admittemus. Sed de tertio Platone, ſatis mi-
hi dictum eſt, & utinam re aliquid poſſem, non enim
minore ſeruore facta, ſenex, ægrotus, magno laborum
numero & paupertate oppreſſus, q̃ uerba aggrederer,
præſertim cum facilis utraq; recipiendi nos uia ſit, mo-
do uelis, & poſſis, ſed quibus uoluntas ineſt, ii minime

poſſunt, qui poſſunt, alio uidere non poſſunt. Iudicium
enim & ratio, niſi appetitui dominetur, cupiditates ſe-
quitur noſtras, nec aliud q̃ uoluptati ſuæ, accommoda-
tum, pcipere poteſt. Vnde fit, ut nec morum emendan-
dorum uia, niſi te prius emendes, nec expugnandi Ma-
chumeti ratio potentibus patet; ſed idem ſpiritus, ut
uult, cuncta cunctis diſtribuit, nec aliter q̃ bene, (id
enim natura ſibi eſt) pro rerum capacitate uelle poteſt,
quare quæ nos nudis effũdimus, uerbis, forſan aliquis,
de pontificibus, regibus, principibus altius intelligẽs,
re ipſa perſequetur, quod eo ſperãdum mihi magis eſt,
quia bõa, quæ hominibus deſuper prebẽtur, omnia ad
utilitatem hominum, concedi non dubito.

### De Gemiſto & quod niſi obſtes inicijs paruis, magnæ plerunq; calamitates inſequuntur, quæ res unius Machumeti patet exẽplo.

VNum illud pterire nec poſſum nec debeo, quo
etiam in defenſione, tum mea problemmatum
Ariſtotelis in cageni aperte tetigi. Alter nobis
iam natus, & educatus eſt Machumetus, q niſi proui-
deamus, tanto exitioſior primo futurus eſt, quanto Plato-
ne ipſe Machumetus pernitioſior fuit. Quidam in pelo-
ponẽſo uir, Platonis & eloquentia & ſcientia & pieta-
te alumnus. Is uulgo Gemiſtus à ſemetipſo Pleton eſt,
agnominatus, credo, quemadmodum nonnullos priſco-
rum patrum in mutatione nominum ad res maximas,

uocatos fuiſſe docemur, eodem pacto Gemiſtum nomen uertiſſe, ut ſe facilem de cœlo lapſum crederemus, & citius doctrinã & legem eius ſuſciperemus, ſcripſit enĩ exquiſitiſſime, elegantiſſimeq; noua quædã inſtituta uiuendi, in quibus multa etiam aduerſus pietatem catholicam, euomuiſſe creditur. Nam conſtat ipſum ita platonicum fuiſſe, ut nihil aliud q̃ Plato ſenſerit, de diis, de anima, de ſacrificiis, aut deorũ, aut demonum, cæteriſq; omnibus tam magnis, q̃ paruis, uerum eſſe profiteretur, & ſcribere non obſtare auderet. Audiui ego ipſum Florentiæ, uenit enim ad concilium cum græcis, aſſerentem unam eandemq; religionẽ, uno animo, una mente, una prædicatione, uniuerſum orbẽ, paucis poſt annis eſſe ſuſcepturum. Cumq; rogaſſem, chriſti ne an machumeti? neutram inquit, ſed non à gentilitate, differentem. Quibus uerbis commotus, ſemper odi, et ut uenenoſam uiperam pertimui, nec uidere aut audire amplius potui percæpi etiam à nonnullis græcis, qui ex peloponẽſo huc profugerunt, palam dixiſſe ipſum antequam mortem obiſſet, iam ferè triennio, non multis annis poſt mortem ſuam, & Machumetum & chriſtum lapſum iri, & uerã in omnes orbis oras ueritatem perfulſuram. Liquido igitur ſignificare uolebat, religionis ac pietatis cuius ipſe, aut author eſſet, aut cõtẽtæ ſpretæq; relator, fulmina ſonumq; terribilem in omnes gẽtes mirabiliter exiturum. Nam librũ quẽ de his rebus, compoſuit, poſt infœlicem, turpem, ac miſerabilem exitum eius (natus enĩ chriſtianus, & aqua ſpirituq; ſancto renatus in gentilitatem, examentia recidit) ne publice legeretur & multis officeret, à peloponẽſi principe Demetrio, ſicut fertur, ereptus celatuſq; eſt. Quare niſi diligenter ab iis qui ſimilibus rebus p̃ſunt quæſitus igni tradatur, ſcio quid dico, & ratio enĩ & præterita quæ acciderunt, non contemnendam futurorum mihi, diuinationem attulerunt, maior clades, generi humano futura eſt, q̃, Machumetus inuexit. Non credunt primates, rati pontifices negligunt, & qui apud eos plurimum poſſunt, irrident. Cur? neſcio? inquã, cogis ut dicam, conicere poſſum, uel quoniam non utilitati communi, ſed uoluptati ſuæ unuſquiſq; inuigilat, uel quoniã nullius momenti rem eſſe putant, nec dignã de qua, tantæ authoritatis, ſcientiæ, dignitatis uiri uerbum facere aut omnino cogitare debeãt. Uileſcere credunt, homines diuini ſuum cœleſte ingeniũ, ſi ad hæc terrena fuerit deuolutũ. Sed cæteris obmiſſis, illud pro meo iure dico, me qui tot annis dicendi artibus, & recte, ſcientiarum cognitioni deditus ſum, non perperam hac de re iudicare, non uidebor ut credo glorioſus miles, ſi id mihi poſt magnos labores & uigilias arrogauerim, quod nonnulli ſolis uoluptatibus in hyantes, & græcæ & latinæ profitentur, ſed ſi authoritate non perſuaſero, græcus à græcis, cretenſis à thracibus aut à ſcithis, ariſtotelicus à platonicis, uoluptatis inimicus à uoluptatis amicis, ueritatis filius, à falſitatis parẽtibus, tenuis à locupletibus amicis, priuatus à ſumma dignitate, notatus, oppugnatus, unicam tamen, nõ ego, ſed i

ine ueritas, niſi forte antichriſti, hæc tempora ſint, & tertius Plato uenturus omni genere ĩpietatis, ſicut Pletonis nomen, græce ſignificat refertus, decem uoluptatis generibus, tanquam cornibus, decẽ diruturus, omnia ſit, ſed tamen & iam ſic expulſa in eremum pietatis, ueritas pariet filium, qui malignos platonicorum conatus, peſſundabit. Quis non dedignabitur, quis nõ turbabitur chriſti appellatione cognominatus? Si producturæ ingentes, uenenoſaſq; arbores, plantæ, non euelluntur, cum peſtifera orbem umbra obtexerint, tũc ne ſi uoluerint quidem prouidere poterunt, parua ſemper initia ſunt, exitus magni. Propterea quemadmodũ principia facile & abſq; magna cura oppreſſeris, ita ſi neglexeris, facilius poſtea obrueris. Ipſe nobis Machumetus exemplo eſt, iam multis ſæculis, cuncta poſſidet, & magnitudine chriſti, proh chriſtianorum principũ fidem, proh religionem pontificum, proh primatum pietatem, chriſtum inquam magnitudine, Machumetus ſuperare contendit, qui ſeruus, opilio, fanaticus, omnium hominum ignorantiſſimus, alienam indutus eloquẽtiam, ſcientiam, perfidiam, omnia hominum genera traxit, & Gemiſtus, non minor eloquentia Platone, non inferior ſcientia illi, unde tanquam à deo reſponſa Machumetus habebat, nullum nobis ſimilitudine, ſaltem perfidiæ, terrorem incutiet? præſertim cum ille in extrema barbariæ fuerit, hic in media græcia peſtiferos libros edidit, & ille in temporibus Heraclii romanorum imperatoris, qui cultu chriſti, omnes imperatores ſuperauit, cuius rebus geſtis, Perſæ (quod nunquã antea,) romanis ſeruiuerunt, ab oriente incipiens cooperante, humanæ naturæ inimico atq; ueritatis calumniatore dyabolo, in media nunc europa triumphat, & conſtantinopolim olim chriſtianorum ſedem, inexpugnatam, poſſidet, Gemiſtus in europa, ortus, in perditiſſimis tẽporibus, romano imperio extincto, chriſtianis in ſolo ferè nomine ſua ſponte redactis, non creſcet? An eloquentiores, ſagaciores maioreſq; doctrina refertos, illius libros q̃ iſtius putatis? illi, ut traductiões oſtendũt, nihil magni, nihil cogitatione dignum, nihil non ſpurcum continent, Gemiſtus (extant enim nonnulli, Romeq; inueniũtur ſcripta ipſius,) ſic ornate eleganterq; ſcribit, ſic Platonis figmenta, breuiter diſtincteq; refert, ſic gentilitatis opiniones defendit, ſic noſtras, crediderim in illis ab eo libris oppugnari, ut nemo, niſi doctiſſimus in eum mutire poſſit. Sed Machumetus, quiſpiam dicet, multos habuit barbaros adiutores, multos ignorantes pellexit, multos huic ſæculo deditos uoluptatis lenocinio coniuxit. Quid ſi iſtum plures, nõ barbari, non indocti, ſed ſimiliter, aut etiam magis ſæculo dediti, doctiſſimi (ſi tamen ita licet impios appellare) ſequentur? Quid ſi aliquem potentum libro aliciet ſuo. Sed parua inquiunt res nimium te ſollicitat. Multo minor, multoq; abiectior, Machumeti prædicatio, & ridicula, uiſa incipiens fuit, uidete quo peruenerint. At qui ille barbarus, agreſtis, bubulcus monſtrum hominis magis q̃ homo, hic ſermone grauiſſimus, docti

ria callidiſſimus, Cauſa longe ſuperior, non enim noua excogitat, ſed uetera nouis rationibus reuocat, uidit quaſi ſenio charitatem chriſtianiſmi ingrauaſcere. Laſciuiam chriſtianorum altius ſerpere, uehementiuſq́; inhærere q̃ religio patitur, iniuſtitiam ſuperiorum & rapinas profeſſioni chriſtianæ aduerſari, hinc intellexit, multos nunc eſſe gentilitatis laudatores, ſinguloſq́; tentans, facile quo plurimorum animi deferuntur autumabat, quæ omnia certiorem, aſſequændæ gloriæ, quam concupierat, ſpem ſibi dederunt. Ad hæc cur parua, contemnendaq́; res uidetur, nonne omnia quæ oriũtur, minimis ſeminibus edita in uniuerſum creſcunt. Quãtus fuit Cyrus maior, qui perſarum imperium condidit, quanta Roma incipiens, Machumetus ipſe quãtus incipiens? quantus modo? miles inquam unus, quid dico? unum imperatoris Heraclii uerbum Machumetũ, tunc debellaſſet, extinxiſſet, obruiſſet, ſed contemtus deluſuſq́; tanquam fatuus, non modo non effugit, ſed imperatoris quoq́; authoritate, munitus de ueritate triumphauit, nam perſis ſubiectis, cum triumphans Heraclius in ægyptum deſcenderet, Machumetus ſubdole ab eo litteras petiit, quibus libere ſibi ubiq; doctrinã ſuam effundere impetrauit, idq́; ille ipſe retulit magnifaciens inſaniam ſuam, in ſcripto romani imperatoris comprobari, credo ego multos fuiſſe tunc apud Heraclium barones, qui grauitatem oſtentantes ſuam, grauiter dicerent, turpeq́; etiam eſſe imperatori orbis, nõ largiri ſanno, ridiculo, atq́; inopi hominiculo, petenti poteſtatem, quam

tem, quam natura omnibus conceſſit, euomere ubicũq; uelit, deridendas ſordes ſuas. Forſan etiam ad mouendum riſum, non nihil fabularum illius Perſidi expoſuerũt, quod interceſſione ſua deus peccatis angelorũ ignouerit, quod omnia deus propter ipſum Machumetum creauerit, quod omni glacie frigidior ſit, q́; longior ſit dei uiſus, q̃ totius, ab occaſu, ad ortum globi ſpatium, cæteraq́; mirabilia, quæ in interpretationibus ferũtur, quæ cum cachino narrantes, extorſerunt litteras ab imperatore adeo ſceleſtas, ut non tam, tot, tantiſq́; uictoriis, quibus imperium romanum, nõ modo reiectũ reſtituit, ſed maius ampliuſq́; reddidit, q̃ nunquam fuit, quibus pacem orbi uniuerſo, quibus quatuor extremæ apices crucis ad quatuor uſq; ultimas terrarum oras porrectæ omnia poſſidebat. Non tam iquam his omnibus triumphis ſuis benemeritum, illuſtrem illum imperatorẽ de chriſto, q̃ male propter conceſſas Machumeto litteras fuiſſe crediderim. Ita ne o clariſſime imperator, tot labores tuos, tantum ſanguinem militum tuorum, conſtantiſſime ſparſum pro chriſto, tantam religionem, ac pietatem, q̃ multa obiens pericula oſtendiſti unis litteris effudiſti? ab occaſu adortũ, ã trhac a p atroces, ac barbaras gẽtes ad extremam perſiam, & primos indiæ fines uictor euaſiſti, & rediens turpiter per negligentiam ſuccubuiſti, nequeo credere integre abs te intellectum fuiſſe quod ſcripſeras, ſed ut multa & ardua, magni principes negotia ſolent riſui potius ac ioci, q̃ ſerio & ueritati cõdonare. Sic abs te litteras, quibus chriſti fides lapſa eſt, pro Machumeti mi ſurri

puerũt. Nec refert ſi Machumetus etiã abſq; reſcriptis
tuis, potuiſſet facere quæ facit, nõ eni ſine crimine eſt ꝗ
negligit, cum poſſit & debeat prouidere, ſed tota, ut
ego arbitror, culpa merito in eum redundare uidetur;
debuiſſe te, in tribunali æterni iudicis conſtitutus, nõ ne
gabis profecto, potuiſſe autem multo minus, quid enim
reſpondebis? ſi aliquis excitatus propheta ſic tecũ pro
domino uerba faciat, hæc dicit dominus, ego Heracli
te inſignibus imperii decoraui, ego innumeras gentes
tibi ſubieci, ego ad eos terrarum terminos, triumphan-
tem te duxi, quo nemo imperator Romanus peruenit,
tu hoſti crucis meæ, qua mũdum redemi, aduerſum me
litteras concedis, tu uires imperii romani per has litte
ras in me ſubuertendum conuertis, & quem ſemper, ut
debes, auxiſti, coluiſti, defendiſti, in hac potiſſimum re,
quæ me in eccleſiam maxima diuturnaq; nimium per
ſecutione uexatura, & conquaſſatura fuit, aſiam, africã
& nobilem europæ partem, & ipſam imperii tui fidem
iam mihi eripuit, non potuiſti oculos aperire, aures eri
gere, attentiori animo ſingula re examinare, ac nebulo
nem illum, igni, ut merebatur tradare? ſed manum tuã
in ſubſcribendis litteris, porrexiſti; rubro colore ſan-
guinem meum non eſſe pro ſalute hominum effuſum;
notaſti; enim præcipue Machumetus aduerſum me,
quaſi in honorem meum excogitauit, cuius prædica-
tionem tu litteris tuis, tu nomine tuo ſubſcripto, tu ma-
nu tua comprobaſti, Quorſum hæc? ut ante oculos po-
namus, contemptu dignas, ac nullius momenti res mul
tas plerumq; uideri, quæ neglectæ quaſi nullæ ſint,

magnam poſt ea rerum mutationem, fecerũt, plena eſt
omnis hyſtoria, plena exemplorum uetuſtas, ſed nobis
quæ Machumeto acciderunt ſatis ſuperq; faciunt, ſi-
mile enim, immo quaſi illud ipſum, nunc agitur, quod
ab Heraclio neglectum ſicut ridiculum magnas cala-
mitates, chriſtianiſmo erat illaturum. Genuſtus maior
in omnibus, quæ aut ad ſcientiam, aut ad eloquẽtiam
aut ad fraudem, pertinent, ꝙ Machumeti magiſter fu
iſſe mihi uidetur. Vidi uidi ego uidi & legi preces in
ſolẽ eius, quibus ſicut creatorem totius, hymnis extol-
lit atq; adorat, tanta uerborum elegantia compoſitio-
nis, ſuauitate numeri, ſonoritate ſchematum, rebus ac-
commodata, dignitate diſtinctam, ut nihil addi poſſe
uideatur, ſententiis autem ita caute diuinos ſolis hono-
res, efferẽtem, ut ne doctiſſimi quidem, attentius ſæpi
uſq; perlegerint, animaduertere poſſint. Quales ergo
putamus libros eſſe illos, inquibus ſcribẽdis totam æta
tem conſumpſerat, ad quos totum animum, totam curã
omnem operam, ſtudium, uigilantiam ſuam tranſtule-
rat. Obſeruauit ueterator peſſimus iuuenta ad ſenectã
(centum enim penè miſera ætate annos compleuit,)
quãti temporibus noſtris fides chriſti apud pleros fuit,
uidit nullam eſſe inter chiſtianos charitatem, nõ fugit
eum ꝙ extinctus ardor ſit religionis noſtræ, iniuriis,
adulteriis, rapinis, cædibus omnia eſſe referta cogno-
uit, hæc mutationum ſemper magnarum cauſas fuiſſe
non ignorabat. Quare ſimul & libros, pro reuocanda
gentiũ falſa ſpurciſſimaq; pietate, cautiſſime ſcribebat.
& prædicare non deſtitit, paucis poſt mortem ſuam

annis, & chriſtum & Machumetum, de medio ſubla-
tos iri, ſiue id demonum ſuggeſtione futurum ſibi per
ſuaſerit, ſiue propter chriſtianorum peruerſos mores po
tentum aliquem libris ſe ſuis, pellecturum ſperauerit,
ſiue ſi caſus ſe obtuliſſet, & rebus faciliorem uiam, &
ſibi honorem authoris ſcribendo, cum Sibyllæ, prædi-
cendo, comparaturum, crediderit, neſcio. Quas ob res,
põtifices oro, eccleſiarumq; præſules, ac eos qui nomen
ſaluatoris, ſuſtentare augereq; ſua prædicatiõe ſtudẽt,
ut rem tam facilem, in agendo, tam honeſtam inſuſci
piendo, tam utilem improuidendo, magno atq; conſtã
ti animo aggrediantur. Ego his iam ſcribendo rem pa
tefeci, effeciq; quantum ad me attinet, ne quartus
iſte Plato, tantum tertium excedat, quantum aut ſecun
dus primum, aut tertius ſecundum, in commendanda
uoluptate ſuperauit.

### Omnium hominum qui grati eſſe uolũt in lau- des ariſtotelis conuocatio, & grata meri- torum Ariſtotelis authoris confeſſio.

NVNC: agite omnes qui bonis moribus inſti-
tuti eſtis, qui doctrinæ recteq; ſciendi ratio-
nibus inſudaſtis, qui ueritatem colitis, uirtu-
tiſq; laudes, non aſpernamini, unà mecum Ariſtoteli,
phyloſophiæ patri, ueritatis alumno, bonorum morum
præceptori, immortales ſicut par eſt, gratias agite, qui
poeſi atq; carminibus gaudetis, Ariſtotelẽ admiramĩ-
ni. Is enim poeticæ picturæ colores omnibus præpara
nit, qui dicendi fluuios ſitibundi quæritis, ariſtoteli-
cos fontes, laudibus in cœlum extollite, à quo facultas
orationis, cum præceptis, tum clamandi uſu protracta
in medium eſt. Qui diſſerendi artes, complectimini
conditoris inuentoriſq; ipſarum, uirtutes, ampla oratio
ne narrate. Qui rerum naturam rimari cognoſcereq;
ſtudetis, ab hoc radices, ab hoc ramos, ab hoc flores
colligite. Qui naturam excedentes altiora inueſtigatis,
huic incumbite atq; inſudate, qui uos ipſos uirtutibus,
ornare deſideratis, huius libros diligenter iugiterq; ꝑ-
legite, qui familias, qui ciuitates, qui ꝓuincias, regna,
nationes gubernatis, Ariſtotelis inſtituta, perdiſcite.
Omnis ſexus, omnis ætas, omnis hominum conditio,
genuſq; omne ac nationes, laudes Ariſtotelis ore uno
uoceq; una, prædicate, cõcinite, conclamate, hic enim
reges & uiuus & mortuus ornauit, hic omnium inge
nia gentium excoluit hic, & ſingulis, priuatim, & om
nibus publice, & profuit & prodeſt, & proderit. Hæc
ꝓuirili debito meo Ariſtoteles, relata tibi breuiter ſunt,
quæ quamuis merita laudes non aſſequantur, tamen
etiã creatori deo gratiſſimum eſt, quod pro uiribus red-
ditur. Neq; id fecimus, aut quod noſtra egeres oratiõe,
cuius mirabile ingenium itali ſequuntur, galli extol-
lunt, germani laudant, hiſpani admirantur, perſæſtu
pent, arabes omniſq; barbaria, quæ litterarum figu-
ris non caret, multo magis amplectitur, colit, adorat,
quã tui prædicant, qui ſola inuidia & ignorantia mo-
ti, Platonem tibi præpoſuerunt, ſceluſq; diuinitus, iam
luerunt, platonicis obruti uitiis & in eum rerum ſta-

tum redacti, ut miſerabilius, etiam ipſis iudeis, per terrarum orbem mendici uagentur, nec qui ex eis magni diuitiſq; forte ſunt, qui tamen nullum paucitate ſui numerum faciunt, miſeros dignentur, aut quoniam putauimus, maiorem prædicationibus noſtris, doctioremq; uideri. Sed ſolum ut nobis ipſis ſat faciamus, & ingratorum obprobria fugiamus. Nam quidem noſtri nõ eges, tibi enim abunde ad omnem laudem ſufficis, & donec genus extabit hominũ, Semper honos, nomenq; tuum, laudeſq; manebunt.

FINIS.

Iacobi Candidarii Eterni Senenſis Saphicum
Carmen Ad lectorem.

Si quis optarit penetrare ad imum.
Quicquid aſcondant ſophiæ receſſus,
Et quid emunte nimium dedere.
Naris Athenæ.
Ac ſimul quantum ſibi uendicarit:
Gloriæ, & quanto Cuneus fauore.
Cœpit, haud unq; ſatis orbe dictum
Dogma Platonis.
Siue pellei Ducis inſtitutor
Omne quod iam protulerit beato
Ore, natura retegente quicquid
Eſſet opertum.
Cui ſinus (clarum eſt) aperiſſe nulli
Antea uiſos, dedit & benigna.
Fronte, dictatum referare, Cui nam
Hoc nugeriſit?
Nunc Trapezunti ſtudium atq; cura
(Arduus uere labor eſtimandus)
Edocet nos, ſitq; uter hic uel ille
Anteferendus.
Auſus eſt olim quis adire campos
Hos nimis latos? nimium uel acutos
Rectius, quare facili iuuentus
Ore fauete.
Hoc ſibi tantum uoluit laboris
Premium, ut nequis laceret cruento
Inuidus dente, & ſua facta multum.
Vrgeat audax

Venetiis per Iacobum pentium de Leuco, a partu Virginco. MDXXIII. nonis Ianuarii.